UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Bartolvs In Primam Infortiati Partem

**Bartolus**

**Lvgdvni, 1567**

Conditionibus & demonstrationibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96147

Visual Library

* CLAV. DE SEISS. ¶ L. in fraudem in fi. Quid autem ſi teſtatoꝛ inſtituit concubinam, ꝛ rogauit eam reſtituere communibus filijs, vide Roma. conſi. cccclxxviij.

q POMA. ¶ Quero quid. Uide pulchꝛam queſtionem per Fely. in c. intimauit. de teſtib.

r ALEX. ¶ Poſitioni reſpondere. No. hic duas gl. quando quis tenetur reſpondere poſitioni crim noſe, ꝛ vide quod no. Bal. in l. iiij. C. de edendo. ꝛ Bal. in conſil. incip. Seius de Spoleto. ꝛ ꝙ dixi in d. l. non intelligitur. §. tacita. ꝛ vide ad hec dicta Bar. in l. ij. §. quod obſeruari. de iura. calum.

s ALEX. ¶ Expꝛeſſe mutatam. Quid autem ſi clericus fratrē ſuū heredē inſtituit, qui tacitam fidem ſibi accommodauit de reſtituendo hereditatem ſpurio, an hereditas applicetur eccleſie, an fiſco vide no. Bal. in l. ſi quis pꝛeſbyter. C. de epiſc. ꝛ cler. ꝛ de bis ꝛ de omnibus alijs, vide plene Bart. in conſil. incipien. dominus D. magiſtri Theobaldi, vbi etiam dicit quod ſpurius nullo tempoꝛe pꝛeſcribit hereditatem patris, ꝛ de hac materia habetur per Bal. in l. lata. C. de appel. ꝛ adde no. per Cyn. ꝛ Bal. in l. quiſquis. ad l. Jul. maieſt. vbi omnino vide ꝛ de materia etiam per Bal. in hereditas. C. eo. ꝛ bꝛeuiter per eum in leg. i. C. de ſe. nup. Bal. ꝛ Jmol. in l. iij. ſ. de teſti. per Bal. in l. etiam C. ad leg. Falci.

t ALEX. ¶ Si vero capiebat. Aduerte ad d. l. ſi ab hoſtibus. §. j. quod licet Bar. hic dicat ꝙ illud lucrū ideo remanet penes heredes vxoꝛis, ꝛ non applicatur fiſco. qꝛ illud lucrū ibi percipiebat maritus ex conuentione hominis. ſecus ſi ex conuentione legis deferretur lucrum, qꝛ pꝛiuatur eo cui debebatur, ꝛ applicabitur fiſco, non autem remanebit apud heredes defuncti. ſed ipſe Bar. in d. l. ſi ab hoſtibus, tenet ꝙ ibi illud ideo eſt, qꝛ eſt speciale in lucris ſpecialibus. l. j. C. de ſecun. nup. tamen illud eſt falſum, qꝛ contra caſum l. cum moꝛtem. j. de iu. fiſ. vbi lucrum erat dotale, ꝛ tamen nō applicatur fiſco. vnde opin. ſua hic, mihi videt̃ veriox. pꝛo qua facit in ar. l. Celſus. ſ. de arbit. ſed etiam contra iſtā opin. videt̃ caſus in l. cum ratio. j. de bo. damn. vbi filia heres erat inſtituta, ꝛ ſic capiebat lucrum ex diſpoſitione hominis: ꝛ tamē ibi dicitur ꝙ ſi teſtatoꝛ interuenit applicabitur hereditas fiſco, non autem heredibus venientibus ab inteſtato, vel alijs. ad idē l. Lucius. de iur. fiſ. ſed poteſt dici ſecundū Jmo. in d. l. ſi ab hoſtibus reſpondendo ad d. l. cum ratio. ꝛ ad d. l. Lucius. quod illud eſt in lucro hereditatis, vt difficilius perdat̃, vt patet ex his que habentur in l. iij. §. ſi. cum ſeq. ꝛ l. ex parte. ſ. de adi. le. ꝛ facit quod no. Bar. in l. hec conditio. la picola. j. de condi. ꝛ demonſtr. Cogita. contra Bar. hic. etiam tenet Paul. de Caſtr. in d. l. ſi ab hoſtibus. Adde Bal. conſi. ccxxij. lib. j.

# LIBER XXXV.

## TITVLVS I.

## De conditio. & demonſtratio.

a ¶ Quid Sit conditio[a] dicam in l. j. Quid ſit demonſtratio, dicam j. e. l. demonſtratio. in pꝛin. Quid ſit modus, dicam in l. quibus diebus. §. fin. j. eod. De natura conditionis caſualis, vel miſte, dicam j. eo. l. in teſtamento. De natura conditionis impoſſibilis, dic vt ſ. de condi. inſtitu. l. j. De natura demonſtrationis cauſe, ꝛ modi, dicam in dictis legibus.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Quid ſit conditio. Hic habetur diuiſio ꝛ remiſſio totius tit. adde bonam gl. in §. lōge. Inſti. de leg. ꝛ quod no. in rub. C. de fal. cauſa. ꝛ in l. j. C. de his que ſub modo.

* CLAVD. DE SEISS. ¶ Quotupliciter accipiatur conditio in iure, ponit Bal. in c. ſignificaſti. de elect.

LEX I.

1 ☞ Conditio reiecta diffinitione gl. ꝛ Azo. eſt quidam futurus euentus in quem diſpoſitio ſuſpenditur.
Dictio ſi, quando reſpicit verbum pꝛeſentis, vel pꝛeteriti tempoꝛis non facit conditionem.
2 Conditio in pꝛeteritum impꝛopꝛie eſt conditio.
3 Dictio ſi, quando reſpicit verbum futuri tempoꝛis, an ꝛ quando faciat conditionem.
4 Dictio ſi pꝛo quamuis, ponitur impꝛopꝛie.
Argūmentum a contrario ſenſu habet locum in conditionibus.
5 Dictio ſi, adiecta oꝛationi que eſt certa, vel pꝛo certa debet poni, accipitur pꝛo quia.
7 Dictio ſi, facit conditionem expꝛeſſam, dum facit conditionem.
8 Dictio cum, quando faciat conditionem.
9 Differentie inter dictionem ſi, ꝛ cum.
10 Dictio niſi, quando faciat conditionem tam in vltimis voluntatibus, quam in contractibus.
11 Dictio alioquin, non ſolum oꝛationem conditionalem facit, ſed in ſeipſa oꝛationem continet, ꝛ inducit conditionem contrariam.
12 Dictio alias, quando conditionem faciat.
13 Dictio ſiue, eſt diſiunctiua, ꝛ poſita inter duas oꝛationes futuri tempoꝛis inducit conditiones diſiunctiue.
14 Copula ſi, denotat oꝛdinem, vt vnū de neceſſitate pꝛecedat, aliud ſequatur, conditionē inducit. Idem in cōiunctione alternatiua.
15 Dictio quoad, donec, ꝛ quandiu, quando inducant conditionē.
16 Conditiones extinctiue que per dictiones pꝛedictas ſignificantur, quando extinguāt ipſo iure, ꝛ quando ope exceptionis.
17 Dictio dum, quando faciat conditionem.
Idem de dictionibus quouſqꝫ, ꝛ quando.
18 Aduerbia tempoꝛis in caſibus quibus faciunt conditionem illam faciunt ſecundario, ꝛ pꝛincipaliter tempus.
19 Dictio vbi, impꝛopꝛie poſita facit conditionem.
20 Dictio quatenus, quandoqꝫ facit conditionem.
21 Aduerbia negandi an faciant conditionem, vel modum.
22 Aduerbium omne quod diſpoſitionem ſuſpendit in aliquem futurum euentum, facit conditionem.
23 Pꝛepoſitiones quando inducant conditionem.
24 Pꝛepoſitio inducit conditionem quādo per eam diſpoſitio ſuſpenditur in aliquem futurum euentum.
25 Conditio quando inducatur ex vi nominis.
26 Nomina quando ſuſpendunt diſpoſitionem in aliquem futurum euentum, tunc faciunt conditionem.
27 Pꝛonomina quando inducant conditionem, ꝛ ibi quid de pꝛonominibus diſtributiuis.
28 Relatiua ſubſtantie quando inducant conditionem.
29 Relatiua qualitatis, quantitatis, quotitatis, vel numeri, quo ad illam qualitatem inducunt conditionem.
30 Conditio que inducitur per relatiua dicitur conditio tacita.
31 Conditio dicitur tacita quatuoꝛ modis.
32 Conditio expꝛeſſa eſt que inducitur per cōiunctiones, per aduerbium tempoꝛis, per pꝛepoſitiones, ꝛ per diſtributiua.
33 Uerbum coniunctum alteri verbo, mediante coniunctione, inducit conditionem, alias non.
Uerbum infinitiui modi coniunctum alteri verbo ſine coniunctione, conditionem inducit.
34 Participia abſolute poſita inducunt conditionem expꝛeſſam.
35 Participia pꝛeſentis, vel pꝛeteriti tempoꝛis conditionem non inducunt: futuri ſic, qꝛ faciunt tacitam.
36 Gerundium quando faciat conditionem.
Gerundium non differt ab infinitiuo.

## Legatis que relinquntur.

Pꝛimo ponit vnam diuiſionem trimembꝛem, cum vna exceptione, vſqꝫ ibi. cū dies. ibi ponit vnū dictū de natura pꝛimi mēbꝛi, vſqꝫ ibi, dies autem. ibi ponit vnum tertiū mēbꝛum ſecundū gl. Uel dic, ibi declarat ſecundū membꝛum debere intelligi de die certa, an, ſed incerta quando, vſqꝫ ibi, ineſt autem. Ibi ponitur declaratio exceptionis. ¶ Op. de l. vbi. ꝛ de l. epiſtolā §. fin. j. ad Treb. tene menti ſecundā ſol. vt in qualibet earum no. Secundo op. de l. ſi ita. §. Pegaſus. ¶ Tertio op. de l. ſtipulatio iſta. §. inter certam. cū ſimil. Sol. gl. aliud in die incerta. Cōtra hoc facit, C. de fideicom. l. poſt moꝛtem. dic vt ibi. ꝛ dicitur j. ad Treb. l. ſed ꝛ ſi ante. ¶ Quarto op. j. eo. l. heres meus. in pꝛin. ſed hec intelligit̃ ſecundū illam vt ibi in pꝛima gl. no. ꝛ illa que expediūt dicere circa diē certam vel incertā, dicemus in l. contraria, licet gl. hic tāgat. ¶ Expediam⁹ aliqua vtilia † circa conditionē. 1

a ¶ Pꝛimo quero. Quid ſit cōditio.[a] Reſpōdeo conditio eſt, quedā legati ſuſpenſio, cuius de futuro defectus, vel cōfirmatio dependet ſm gl. ſ. in rub. ꝛ Azo. in ſumma de condi. inſer. quod non placet in eo quod dicit legatū ſuſpendi, qꝛ etiā alie diſpoſitiones ſuſpenduntur per conditionē, vt ꝯtus ꝛ ſententie, ꝛ ſimilia. Item ꝙ dicit, ſuſpenſio, nō eſt verū: nā ſuſpēſio eſt effectus pēdentis conditionis, ꝛ nō eſt cōditio, vt ſ. ſi cer. pe. l. pecuniā. ꝛ l. itaqꝫ. ꝛ patet per oēs leges huius tit. que ipſum actū, qui pendet ex futuro euentu, vocāt conditionē. Itē in eo ꝙ dicit, cuius. Aut enim intelligis, cuius, ſcꝫ. legati, ꝛ nō bene dicit, qꝛ ſic nō diffiniret̃ cōditio, ſed legatū cōditionale. Aut intelligis cuius, ſcꝫ, conditionis, ꝛ tunc male ſequit̃, defectus ſeu confirmatio pendet ex futuro euētu. Nō eñ ipſa conditio confirmatur, ſed in ipſius exiſtentia alia diſpoſitio cōfirmat̃, vel deficit. Unde tu dicas, ꝙ cōditio eſt quidā futurus euentus in quem diſpoſitio ſuſpēditur. Euentus dico generalis, ſiue conſiſtet in facto, ſiue in iure, vt j. eo. l. multū. Itē ſiue affirmatiue, ſiue negatiue vt j. e. l. in facto. Futurus dico, ad differentiā cōditionū de pꝛeterito, vel pꝛeſenti, que non ſunt pꝛopꝛie cōditio

nes.l.inſtitutio talis.in fi.de condi.inſti.⁊ ĩ.eo.l.eas in prin. ⁊ l.ſi ita ſtipulat⁹ fuero hãc ſũmã.de vb.obl.⁊ ſ.ſi cer.pet.l.itaqꝫ.⁊ ibi no. Ubicunqꝫ enim lex reperitur conditionẽ appellare que eſt de preterito, improprie loquitur lex, vt no ſ.de leg.j.l.ſi ſic.§.j.in gl. ſuper ver.demonſtrationẽ.⁊ no.ĩ.eo.l. in conditionibus, §.j.ſ.de here.inſti.l.ij.in gl.ſuper verbo.ineſſe. In quem diſpoſitio ſuſpenditur, hoc dico ad differentiam diei certe, que diſpoſitionem non ſuſpendit, vt hic, ⁊ ĩ.de ver.ſig.l. cedere diem, quod dic vt dicam in l.heres meus. Item ad differentiam cõditionis neceſſarie que non eſt conditio.l.in illa.§.fina.ĩ.de verb.obl. ⁊ de noua.l. ſi pupillus.§.qui ſub conditione. Item ad differentiam conditionis impoſſibilis que non ſuſpendit, ideo non eſt conditio, vt ĩ.eo.l.iij. Dicam plene in d.l.j.de condi.inſti.

b ¶ Uidendum eſt [b] Ergo, per que verba inducitur conditio, ⁊ ſic videam⁹ tam de cõiunctionib. quã de prepoſitionibus aduerbijs, ⁊ ceteris partib. orationis. ¶ Primo ergo quero, de natura huius dictionis ſi, vtrũ inducat ſemper conditionẽ? Gl. videt̃ dicere ꝙ ſic. Fallit qñqꝫ, vt in l.muto.§.j.ſ.de tutel.⁊ quod ibi no.in gl.in ver.non
2 conditionẽ.† Tu dic latius qñqꝫ hec dictio ſi, reſpicit verbũ preſentis vel preteriti tẽporis, ⁊ tunc non facit conditionẽ, d.l.ſi ita ſtipulatus fuero hanc ſummã.ĩ.de ver.obl.⁊ ſ.dixi.⁊ dicam ĩ.eo. l.demõſtratio.§.j.⁊ omnia iura que cõditiões in preteritũ, appel
c lãt conditiones, loquuntur improprie. [c] Aliquãdo† reſpicit ver
3 bũ futuri tẽporis: ⁊ hic aduerte, quandoqꝫ ille futurus euẽtus eſt certus omni certitudine, qñqꝫ eſt certus an, ſed incertus qñ, vt mors, aliquando eſt omnino incertus, vt ſunt cõmuniter omnes cõditiones. Primo caſu, nõ facit conditionẽ, vt ſ.dixi. Secundo caſu, ſunt gl. contrarie. Nã quidã dicũt, ꝙ hec adiectio, ſi moriar, nõ facit conditionẽ, vt no.in dicta l.ſi pupillus.§.qui ſub cõditione, de noua, in prin.gl.⁊ Cy.tenet ibi, ⁊ C.de heredib.inſtitu.l.extraneũ. Cõtrarium tenet gl.ibi ſi autem conditio, in l.in omnib. obligationibus.infra de regu.iur.⁊ Dy.in dicto §.qui ſub conditione, ⁊ iſta eſt veritas. Caſus eſt infra eodem.l. quibus dieb⁹.
d §.quidã Titio. [d] ⁊ de verbo.obligatio.l.quodcunqꝫ.§.fina. Ter
e tio caſu regula eſt quod dictio ſi, [e] facit conditionẽ vt hic.⁊ not. C.de his que ſub modo.l.j.⁊ quando dies leg.ced.⁊ l. ſi Titio, ⁊ quaſi in omnibus legibus que tractant de conditionib⁹. Hoc autem fallit in caſibus, qui patebũt ex reſpõſionib⁹ ad inferiora cõ
f traria. Inſtat̃ ergo [f] cõtra predicta de l.muto.§.primo.de tute. Fallit vbi per dictionẽ ſi, apponatur conditio que tacite inerat: qꝛ tunc non facit conditionem. Hoc eſt falſum, qꝛ in tacita cõditione eſt conditio, ⁊ ſuſpendit, vt hic, ⁊ notatur de pactis l. item qꝛ. Dic ergo, quod ibi non facit conditionem que tutoris dationẽ ſuſpẽdat: ſed bene facit conditionẽ que ſuſpendit adminiſtrationẽ, ⁊ talis expreſſio facta a iudice, intelligitur facta ſecũdũ ꝙ tacite inerat, alias tutoris datio vitiaretur, vt ibi patet. Facit ad predicta ꝙ no. Inn.extra de preſum.c.ſi.in princ.magne glo.⁊ per
4 Io. An.de offi.deleg.c.j.in cle. Itẽ inſtatur† cõtra predicta, qꝛ dictio ſi, interdũ ponitur pro quãuis, l.ſi.C.de li.⁊ eorũ lib.⁊ de aqua plu.arcend.l.j.§.ſed apud Seruij, ⁊ ibi no.⁊ de ver.ob.l.inter ſtipulãtem.§.ſacram. Reſpon.ibi aſſumit̃ improprie ne reſultet prauus intellectus. Nã natura cõditionis eſt vt ex ea reſultet validũ arg.a cõtrario ſenſu.l.j.§.huius rei.ſ.de of.eius cui man.eſt
g iuriſ.⁊ no.per doc.C.de epi.⁊ cle.l.conuenticulã, ſed in caſib⁹, [g] dictarũ legum, cõtrarius ſenſus eſt prauus, ideo ponit̃ ſi, pro quãuis, ⁊ ſic ponit̃ implicatiue, ſicut etiam: vel aduerſatiue ad id ꝙ prima facie videbat̃ forte eſſe. Hoc expreſſe probat̃ C.eo.l.ij.⁊ ibi
5 tex.⁊ gl. Itẽ inſtatur, † qꝛ reperit̃ interdũ ſi, pro qꝛ, l.videamus.in prin.de in lit.iur.⁊ de adm.tu.l.Titiũ ⁊ Meuium.§.ad matrẽ.de dam.infec.l.ijs qui pignori.⁊ l.a quo fundus.e.ti. Sol. natura cõditionis eſt vt ſignificet rẽ dubiã, que habebat ſe ad eſſe, ⁊ nõ eſſe, vt dictũ eſt ideo quando adijcitur dictio ſi, alicui orationi, que eſt certa, vel pro certa debet poni: tunc accipitur ſi, pro qꝛ: vt ſit ratio potius quã cõditio, vt dictis legibus, ⁊ no.ſ.de leg.j.l.iij.⁊
h hoc etiã tãgetur in l.demonſtratio.§.j.ĩ.e. Itẽ inſtatur, [h] qꝛ dictio
6 † ſi, vnita cũ copula ⁊, accipit̃ pro quãuis, vnde in pluribus partib. iuris inuenit̃, ⁊ ſi, pro quãuis, l.j.§.nũciatio.de ope.nou.nun. de aqua plu.arcen.⁊ l.in diem, cum infinitis ſimi. Reſpond. ſcire debes, ꝙ iſte coniunctiones requirunt duas orationes categoricas, ſiue vnam hypotheticã, ꝙ eſt idẽ dicere, vt no.in l.queſitum. de acquir.rer.do. ¶ Hoc premiſſo, ſcias ꝙ qñqꝫ hec dictio ⁊, ⁊ dictio ſi, ponunt̃ reſpectu earundẽ orationũ ſeu diſpoſitionũ: ⁊ tũc cõiuncta ⁊ ſi, eſt vna pars, ⁊ exponitur ⁊ ſi, id eſt quãuis, vt in cõtrarijs. Qñqꝫ ponuntur reſpectu diuerſarũ orationum, ⁊ tũc dictio ſi, ſtat proprie, ⁊ facit conditionẽ: ⁊ dictio ⁊, copulat, ⁊ etiam ſtat proprie, l.j.ſ.de vulg.⁊ pup.⁊ Inſti.de vulg. ſubſti. in princ. Iſte leges tibi declarant hoc ſi diligenter inſpexeris. ¶ Item cir
7 ca † predicta dubitatur, quando dictio ſi, facit conditionem, an faciat conditionem expreſſam? Certe ſic, d.l.ſi Titio, quando
i leg.ce. ¶ Secũdo quero, de dictiõe cum, [i] an faciat conditionem.
8 Circa † quod ſciendum eſt, ꝙ hec dictio cum quandoqꝫ eſt prepoſitio, ⁊ tunc habet vim copule, l.illi cum illo.de vſufr.leg.⁊ ſ.de ĩ.l.Titie.§.nihil.⁊ tunc conditionem non facit, niſi ante appareat voluntas diſponẽtis, l.ſi ita fuerit.§.ſi.de ma.teſt.⁊ ibi tex.⁊ ſ.de leg.j.l.ſi ancillas.⁊ Inſt.de leg.§.ſi quis ancillas. Quandoqꝫ dictio, cum, eſt cõiunctio, quod eſt ſemper, cum apponitur verbo preteriti temporis, vel preſentis: ⁊ tunc non facit conditionem, qꝛ conditio non eſt de preterito, ſed ponitur cauſatiue pro qꝛ, vel aduerſatiue pro quamuis, vt dicemus ĩ.e.l.demõſtratio.§.j. Quãdoqꝫ dictio cum, reperitur aduerbium, ſcilicet pro quando, quod eſt quando apponitur verbo futuri temporis: tunc lex videtur ponere regulam, quod inter ſi, ⁊ cum, non ſit dif
k ferentia, [k] ⁊ vtrumqꝫ conditionem inducat, l.qui promiſit. dic.inde.⁊ ĩ.de ver.ob.l.quodcunqꝫ.§.pen.⁊ hoc no.in gl. qꝛ multe leges videntur contradicere, ideo circa hoc poſuerunt diſtinctiones.⁊ no. Gul.in d.l.qui promiſit. Pe.in d.l. quodcunqꝫ.
9 Tu tamẽ, † vt apertius intelligas, ſcias quod propria ⁊ principalis differentia inter ſi, ⁊ cum, eſt qꝛ ſi denotat principaliter conditionem, ſecundario tempus: qꝛ nulla conditio eſt que non habeat tempus futurum, vt iam dixi: dictio cum, denotat principaliter tempus, eſt enim aduerbium temporis, ſecundario conditionem. Probatur ĩ.quando di.le.ce.l.ſi Titio.⁊ ĩ.e.l. ta.in prin. ¶ Ex hoc inſurgunt plures alie differentie. eſt quando iſta verba apponuntur circa ſubſtantiã nis, vel circa voluntatem, que exprimitur per verbum iunctiui. Nam illa ſtipulatio, promittis ſi voluero, non cus ſi cũ voluero, l.centeſimis.§.fin.ĩ.de verbo.obliga. cundum Petr. qꝛ in primo eſt conditio expreſſe per ſi, do eſt conditio tacita per cum, ⁊ expreſſa nocent. nunquã, licet gl.in d.l.centeſimis.multum laboret. rentia eſt, qꝛ ſi promittis mihi vel legas decem cum petiero facit conditionẽ, vt l.ſi decem cũ petiero, ĩ.de verb.obl. tia heredis. ſecus ſi promittis vel legas decẽ ſi petiero, gl.j.⁊ ĩ d.l.ſi decẽ cũ petiero. Ratio ſimiliter eſt, qꝛ per ſi, expreſſa: per cũ tẽpus principaliter, ⁊ ideo cũ talis ſio ſapiat exactionẽ, ſiue executionẽ de preſenti nullã
l inducit, vt l.liber homo.§.decẽ.de vb.obl. Tertia differentia
m qꝛ dictio ſi, ſiue apponatur [m] circa diſpoſitionem, ſiue circa executionem, facit diſpoſitionem cõditionalem, vt ĩ.eodem.l.quibus diebus.§.quidam Titio. ſed dictio cum, facit diſpoſitionem conditionalem, ſi apponitur circa diſpoſitionem: ſecus ſi circa executionem, vt ſ.de leg.j.l.ſi cui legetur.§.j.iuncto prin.⁊ quando dies
n legati cedit.l.ex his, [n] ita dicunt doc. Sed certe ctione ſi, eſt verum in vltimis voluntatibus, ⁊ ibi no. ſecus in contractibus, qꝛ tunc non facit diſpoſitionem conditionalem, ſed reſoluendam ſub cõditione, vt l.ij.⁊ ibi bona gl.ij.ſuper verbo conditionalis. citur de dictione cum, eſt verũ, ſi per cum, adijciatur tionem tempus certum, ⁊ euentus certe etatis: ſecus no.ĩ.ad Tre.l.Seius Saturninus.dixi in d.l.ſi cui. go differẽtia inter ſi, ⁊ cũ, tunc, cũ in vltimis voluntatibus earũ executionem adijcitur quidã futurus euentus pus certum, puta certe etatis, vel ſimile. Ratio tunc eſt, ꝙ diſpoſitio preceſſit pura, ⁊ poſtea adijcitur p dictionẽ cũ, principaliter ſignificat tẽpus, preſumitur teſtator voluiſſe re cõditionẽ. Ex predictis colligitur ꝙ per dictionem cum citur cõditio tacita, nõ expreſſa. Hoc tãgitur ĩ.eo.l.cõditiones
o trinſecus. ¶ Tertio q̃ro° de hac dictione, niſi [p] an faciat cõditio
p nẽ. Dic, † ꝙ quandoqꝫ dictio niſi, apponitur verbo preteriti vel
10 preſentis tẽporis, ⁊ tũc eſt dictio mere exceptiua, de cuius natura ſolet dici in l.actione.C.de tranſac. pleniſſime in l.ſi eum.§.qui iniuriarũ.ſ.ſi quis cau. Aliquãdo adijcitur verbo futuri temporis tunc eſt quedã gl. que videtur dicere, aut dictio niſi, precedit diſpoſitionem, aut ſequitur, vt not.in gloſſ.ſuper verb. ſed hoc de actio.⁊ obligatio.l.obligationum fere.§.conditio. ſed illud falſum, quia quicquid precedit in ordine locutionis: tamen intellectus ſemper precedit diſpoſitio, ⁊ ſequitur illa exceptio per, niſi. Dic ergo, aut loquimur in vltimis voluntatibus, diſpoſitionẽ facit cõditionalẽ, vt ĩ.eod.l.quibus diebus.§.quidam Titio.⁊ l.fideicõmiſſa.§.ſic fideicõmiſſum.ſ.de leg.iij. Aut loquimur in cõtractibus, ⁊ tunc aut diſpoſitio fuit cõtracta per verba futuri tẽporis, ⁊ tunc idẽ. Aut per verba preſentis, vel preteriti tẽporis, ⁊ tunc dictio niſi, facit reſolutionẽ conditionalẽ, licet diſpoſitio ſit pura. vt no.de in diem adic.l.ij. licet gl.de contrahen.
11 l.iij.aliter ſonet.⁊ non bene. ¶ † Quarto quero, de dictione
q quin. [q] Iſta dictio mirabilis eſt, ⁊ non ſolum facit orationem conditionalem, ſed in ſeipſa orationem continet, ⁊ inducit contrariam precedenti diſpoſitioni. Exponitur enim

id eſt, ſi nō fuerint predicta, vt l. ſi finita. §. ex hoc edicto. ĩ. de dam.
infec. ⁊ ibi no. in gl. alioquin. ⁊ ſ. de dolo l. ⁊ elegāter. §. pe. ⁊ ĩ. de fi
deicō. lib. l. ſi cui legata ſint centū. ⁊ ſ. de le. ij. l. Lucius. §. Lucius.
ij. ⁊ ſ. de leg. j. l. ſi ſeruus legatus. §. ſi ſeruus. ⁊ ſ. de impen. in reb.
do. fac. l. omnino. Hoc idē pronūciauit Papa vt refert Spe. de ci-
tatio. §. j. ver. ſed pone Papa. Unde Juriſcōſultus qui laborauit
in cōceptione penalis ſtipulationis. de ver. obl. l. cū quid. ⁊ l. con-
tinuus. §. pe. vno verbo potuiſſet expedire, ſiue precedat diſpoſi-
tio affirmatiua, ſiue negatiua, poſſet ſubijcere ſtipulationē pena-
lē, hoc modo alioquin tantum dabis. Et hoc eſt verū proprie ſu-
mēdo licet quandoque in alia ſignificatione reperiatur l. damni.
§. pe. de dam. infe. ⁊ l. fluminū. §. idē Seruius. eo. ti. Sed in prima,
iſta coniunctio cum alia coniunctione adiungitur, ⁊ ſic ſuam na-
turam imitatur. in ſecunda in vna ⁊ eadem oratione ponitur, ⁊ ſic
non poteſt inducere conditionem, cum tunc ſemper requirantur
due orationes, diſpoſitio ⁊ conditio. ¶ Quinto quero de dictio-
ne, alias, que quandoque facit conditionem, ſicut dictio alioquin,
l. diuortio. circa prin. de neg. geſt. ⁊ tunc ſoluitur in, ſi non, vt no. in
d. l. diuortio. ⁊ ff. de iureiur. l. alias. Quandoqꝫ alias ſignificatiōes
habet: Nam quandoque eſt aduerbiū loci, ⁊ ponitur alias. pro lo-
co alio, l. adeo. §. ꝙ ſi toto. ĩ. de acq. rer. do. Quandoque eſt aduer
bium temporis, ⁊ ponitur, alias, id eſt, aliquādo, vel alio tempore
l. dicere. §. vnde. de arb. ⁊ de condi. ſine cau. l. iij. Quandoque eſt ad
uerbium qualitatis, ⁊ ponitur alias ideſt aliter, vel alio modo, vt
ſ. de pec. leg. l. deniqꝫ. §. vtrū. ⁊ de aqua quoti. ⁊ eſti. l. j. §. ſiue. Quā
doque ponitur alias, id eſt alio caſu. l. qui teſtamento. §. mulier. de
teſt. ⁊ hoc ex natura orationis in qua hec dictio ponit͛, poſſet qs
13 faciliter cōprehendere. ¶ † Sexto quero, de dictiōe ſiue,[r] ⁊ dico, ꝙ
r propria natura huius dictionis eſt, vt ſit diſiūctiua. que verba di
ſiungit, ſenſum tamen coniungit. vt Alexāder ſiue Paris, vt C. de
in litem dan. tut. l. ad protegendā. ⁊ ibi no. tamē qū hec dictio ca-
dit inter duas orationes futuri temporis, reſpectu vnius diſpoſi-
tionis, tunc cōditionē ſeu conditiones inducit diſiunctiue. vt ĩ. qū
14 di. leg. ced. l. huiuſmodi. ⁊ de ver. obl. l. ſi ita quis ſtipulet͛. ¶ † Que
s ro quid de coniunctione copulatiua?[s] Reſpōdeo, quandoque cō
ditionem inducit, ſi denotat ordinem, vt vnum de neceſſitate pre-
cedat, aliud ſequatur. l. mulier. §. pe. de condi. inſti. ⁊ ĩ. de ſtatulibe.
l. ſi peculium. in prin. §. is cui. Idem puto de coniunctione alterna
tiua, quando eſt ſignificatiua ordinis. l. cum pater. §. pen. ſ. de leg.
ij. Ex quibus concludo, ꝙ omnis coniunctio que diſpoſitionē ſuſ
pendit in aliquem futurum euentum, inducit conditionem, vt ex
predictis patet. Hoc dico, qꝛ iſte coniunctiones ſepe ponuntur im
proprie. ⁊ vna pro alia, vt ĩ. eo. l. eas cauſas, ⁊ ibi no.

## ¶ Secundo

* Principaliter quero de natura aduer-
biorū? ⁊ primo de aduerbijs tēporis, de
illis aduerbijs loquor que futurū tēpus reſpiciūt, alias nō eſſet cō
15 ditio, vt pluries dixi. ¶ † Et quero, de dictionibus quoad, donec.
t quā diu, qd ſignificāt[t] vt eſſe, lego vel promitto tibi centū quoad
fueris in ſtudio: vel donec fueris in ſtudio. ꝙ idem eſt, ideo iura ꝓ
miſcue allegabo. Et videtur ꝙ iſta verba faciant cōditionem, vt
ĩ. eo. l. pater. §. fi. ſ. de annu. le. l. legatū. ⁊ de ali. leg. l. Caio. §. Impe-
rator. ⁊ ſ. de ſerui. l. iiij. in prin. Ecōtra ꝙ non faciant conditionem
ſed modū, no. C. de le. l. j. ⁊ in d. l. iiij. de ſerui. per gl. Alibi videtur, ꝙ
iſta aduerbia ſolum tēpus ſeu dilationē quandā inducant, vt ſ. de
excu. tut. l. pe. in prin. ⁊ multa alia iura diuerſimode loquuntur in
hac materia. Ideo ad omniū declarationē dic. Quandoque iſte
dictiones apponūtur ad inchoationē alicuius beneficij, ⁊ tunc fa
ciunt cōditionē, vt ĩ. eo. l. pater. §. fi. de ann. le. l. legatum. de ali. le. l.
Caio. §. Imperator. ⁊ C de le. j. in oībus illis legibꝰ inducit͛ legatū
annuū, mēſtruū, vel diurnū, vt in alimētis: ⁊ ideo ad inchoationē
cuiuſlibet legati apponitur. Hoc ſentit Cyn. C. de indi. vidui. l. fi.
Aliquando iſte dictiōes apponūtur ad ſuſpēſionē alicuius bene-
ficij ſeu diſpoſitiōis preābule, vt illa talis diſpoſitio differatur in e
uētum alicuius caſus, ⁊ tūc aut ſuſpenditur in euentū certo tem-
pore limitatū, ⁊ facit diē. l. ſcimus. §. donec tamē. C. de iure deliber.
Aut ſuſpendit in aliquē euentū incertū, ⁊ facit conditionē, vt ſ. de
condi. indebi. l. ſufficit. que lex eſt ſatis no. ad hoc. Quandoqꝫ iſte
dictiones apponūtur ad limitationē beneficij iam cōceſſi, ſeu di-
ſpoſitionis preābule, ſcꝫ, vt id duret in euentū, ſeu in effectū alicu
ius caſus, ⁊ dico qꝺ inducitur conditio quedā extinctiua diſpoſi
tionis precedētis, niſi in caſu qui ĩ. dicet͛. l. iiij. in prin. ſ. de ſeruit.
16 vbi eſt expreſſe tex. † Aduertendū eſt tamen quod iſte cōditiones
extinctiue, que per has dictiōes ſignificantur, quandoqꝫ extingūt
ipſo iure, qūqꝫ ope exceptionis. Nam aut apponitur a lege, ⁊ tūc
eius euentus extinguit ipſo iure, vt ſ. de condi. fur. l. ſiue. §. tādiu.
⁊ de noxa. l. in delictis. §. ſi detracta. Ratio, qꝛ lex habet hoc face
re. Aut apponit͛ ab homine, ⁊ tūc aut circa, obligationes mere ꝑ
ſonales, aut circa realia iura primo caſu, nō extinguit ipſo iure, ſi
ue in contractibus ſiue in vltimis voluntatibus, vt ĩ. de ver. obli.

l. cum qui. §. qui ita, ⁊ ibi expreſſe de dictione donec. ⁊ ſ. de le. j. l. ne
mo poteſt. ⁊ ibi ratio patet. Aut circa iura realia, ⁊ tūc aut circa
ius dñij. aut circa alias ſeruitutes. Primo caſu puto eſſe differen
tiā, aut loquimur in vltimis volūtatibus, ⁊ extinguit ipſo iure, vt
C. de lega. l. fi. ſm j. ſol. ibi poſitam que eſt vera. Ratio, qꝛ teſtator
pōt rei transferre dominium ipſo iure. Aut loquimur in contra-
ctibus, ⁊ tunc non extinguit ipſo iure. Ratio, qꝛ per contractum
non poteſt hoc regulariter fieri, vt no. de condi. ob cau. l. ea lege. ⁊
l. fina. C. de rebus alie. non alienan. cum ſimilibus. Secundo caſu
quando circa alias ſeruitutes, tunc aut circa ſeruitutes perſona-
les vt vſuſfructus, ⁊ extinguit ipſo iure, vt C. de vſufruct. l. ambi-
guitatem. ⁊ ibi expreſſe de dictione, donec. Ratio, qꝛ vſuſfructus
pōt fieri tēpore. l. ſi pater vſumfructū. C. de vſufruct. aut circa a-
lias ſeruitutes reales, ⁊ non extinguit ipſo iure, vt l. iiij. in prin. ſ.
de ſerui. vbi expreſſe ponitur de dictione quandiu. Ratio, qꝛ ſerui
tutes reales non poſſunt cōſtitui ad tempus, vt ibi. Hec licet ſint
de materia d. l. iiij. ⁊ l. nemo poteſt. ſ. de leg. j. tamen hic voluit dice
re, quantum pertinet ad intellectum harum dictionum. Sed cō-
tra predicta inſtatur de l. penult. de excuſatio. tuto. ⁊ de ſuſpe. tu-
to. l. iij. §. quod ſi quis, vbi iſte dictiones non inducunt conditionē
extinctiuam, nec extingunt ipſo iure, licet hoc poſſit fieri, qꝛ tutor
poteſt dari ad tempus. d. l. penult. ſed magis inducunt diem. So-
lu. iſte leges in hac materia turbauerunt animum meum finaliter
dico, ꝙ quando per has dictiones temporales diſpoſitio confert͛
in aliquem euentum limitatum certo tempore, tunc faciunt diē:
ſed quando tempore incerto. tunc faciunt conditionem. vt ſupra
proxi. dixi etiam ſupra cum tractaui de dictione cum. Modo ad
propoſitum, in illis legibus diſpoſitio eſt circa tutelam, que eſt li-
mitata certo tempore, qm̄ finitur pubertate. Illud ergo ꝙ adij-
citur per dictionem quoad, eſt limitatum certo tempore, ſcꝫ, quo-
ad reipublice cauſa non aberit: illud tempus quo non aberit Rei
publi. cauſa, adijcitur circa tutelam que finitur per tempus cer-
tum. ſcilicet pubertatis. merito facit diem, ſeu dilationem, non cō
ditionem extinctiuam. Et ſic apparet quod glo. que dicunt, ꝙ di
cta aduerbia faciunt modum, non bene dicunt, dicta l. iiij. vnum
etiam de natura iſtarum dictionum, qꝛ licet quandoqꝫ extingua-
tur ipſo iure, quandoque ope exceptionis, quandoque differant,
vt ſupra dictum eſt. tamen ille dictiones habent quandam virtu-
tem repetitiuam, vt diſpoſitio ſuum reaſſumat effectum impedi-
mento ceſſante, dicta l. penultim. ⁊ dicta l. iij. §. quod ſi quis pro-
batur apertius in l. ſicut in annos. in principio. quibus modis v-
17 ſuſfructus amitta. ꝙ eſt notandum. ¶ † Quid de dictione dum?[u]
v Reſpōdeo, idem quod in predictis. l. qui cōcubinā. §. vxori. ſupra
de leg. iij. facit. quod no. in d. l. iiij. de ſeruituti. ⁊ ĩ. eo. l. ſi quis ita le
x gauerit. ¶ Quid de dictione quouſque?[x] Credo idem quod in di-
ctis dictionibus, quia eadem eſt ratio, quādo idem ſignificant. vt
de manumiſſis teſta. l. Imperatores. ⁊ d. l. ſicut in annos. in princ.
idem etiam de dictione vſque. ¶ Quero de dictione quandoque?
Reſpondeo idem vt ĩ. eo. l. cum vir. ¶ Quero de dictione, quādo?
Reſpondeo idem, vt ĩ. quando dies leg. ced. l. quod pupille. ⁊ ad-
uerte, qꝛ omnia predicta aduerbia temporis de quibus ſ. dixi, re
quirunt duo verba, ſcilicet, verbum diſpoſitionis, ⁊ verbum con-
ditionis. Idem ergo eſt dicendum in ſimilibus aduerbijs tempo-
18 ris: idem credo, † ꝙ vbicunque dixi dicta aduerbia facere cōditio
nem, intelligo ſecundario, principaliter tempus, vt dixi ſ. de di-
ctione cum. Uide ꝙ de aduerbio poſtquam, dicam ĩ. eo. l. quibus
19 diebus. §. fi. ¶ Ulterius quero † de aduerbio loci, vt de dictione,
vbi. Dico, ꝙ quandoque improprie ponitur. ⁊ facit conditionem,
20 l. ſi ita ſcriptum. §. fi. ſ. de leg. ij. ¶ Quero, de aduerbijs † quantita
tis, vt de dictione, quatenus? Dico quod faciunt aliquando con
ditionem. l. Stichum, qui meus erit. ſ. de legat. j. licet quandoque
21 aliter ponantur, l. j. ĩ. de noui oper. nunc. ¶ Ulterius quero † quid
de aduerbijs negandi, vt de dictione, ne? Rn̄deo, de hac eſt dubiū
an faciat conditionem, vel modum, ⁊ ideo de ea dicemus ĩ. eo. in l.
quibus diebꝰ. §. fi. vbi dicemus de modo, ⁊ ibi dicemus de quibuſ
y dam alijs dictionibus, vt de dictiōibus[y] vt, dummodo, ⁊ ſimilibꝰ.
22 Subijcio † tamen hic regulam ꝙ omne aduerbiū, ꝙ diſpoſitionem
ſuſpendit in aliquem futurum euentum facit conditionem.

## 23 ¶ Tertio † pricipaliter quero

De pre
poſitionibus, an per eas inducatur conditio? Et dico, ꝙ conditio
inducitur quādoqꝫ per prepoſitiones deſeruiētes accuſatiuo ca
ſui, vt per, ad, ĩ. ea. l. ſi vir. licet qūqꝫ iſta eadem prepoſitio reperiat͛
inducere modū, vt ĩ. e. l. quibus diebus. §. fi. ⁊ ibi de hoc dicā. Itē
per prepoſitionē deſeruientem ablatiuo caſui, vt in prepoſitione
cū, ſi voluntas defuncti appareat, l. ſi ita fuerit. §. ſed ⁊ ſi ancilla. ĩ.
z de manu. teſt. Itē per prepoſitionē deſeruientem vtriqꝫ caſui,[z] vt
per prepoſitionē in, vt ĩ. eo. l. ſolemus. ⁊ l. nec ſemel. §. ſi in habita-
24 tione. ĩ. qū dies le. ced. Et breuiter † hec eſt regula quādo per pre-

poſitionem diſpoſitio ſuſpenditur in aliquem incertum futurum
euentum,tunc inducitur conditio,iſta intelligentur melius cum
tractabitur de materia modi.j.eo.l.quibus diebus.§.fi.

25 aa ¶ Quarto †pꝛĩcipaliter quero[aa]
De nomine,vtrũ ex vi nominis inducatur cõditio? Rñdeo inter
diſpoſitionẽ de neceſſitate debet eſſe diuerſitas,l.ſi ita ſtipulatus.
de ver.obli,⁊ per omnes leges huius tit.modo nomina que ſunt de
ſubſtantia diſpoſitionis,vt nomen perſone diſponentis, ⁊ perſo-
ne in quam cõfertur diſpoſitio,⁊ rei de qua fit diſpoſitio,iſta no-
mina pꝛout ſunt ſignificatiua alicuius ſubſtantie exiſtentis nõ in
bb ducũt conditionem:[bb] alias ſequeretur ꝙ idem eſſet conditio,⁊ di
ſpoſitio que ſunt repugnantia.Sed ſi ſunt ſignificatiua alicuius
qualitatis ſubſtãtie nõ exiſtẽtis,ſed que dependent ex futuro euẽ
tu inducũt cõditionẽ,vt lego partũ Arethuſe,fructus fundi,⁊ ſi
milia hoc enim nomen partus,non ſignificat ſubſtantiã,ſed quã-
dam qualitatem que in eſſe ſperatur rei future , quaſi dicam,lego
illum hominẽ qui erit partus Arethuſe,vel quẽ Arethuſa pare-
ret,⁊ ſic de ſimilibus,vt hac l,in fi.⁊ l.interdum.de ver.obli.vel ſi
diceres,ꝙ illa nomina eſſent ſignificatiua ſubſtãtie future idẽ eſt
qꝛ tacitã conditionem continet ſi naſcetur,ſi in eſſe pꝛoduceretur.
Item quando in diſpoſitione apponuntur quedam que non ſunt
de ſubſtantia diſpoſitionis,ſed apponuntur tanquam cauſa de fu
turo,⁊ pꝛomitto centũ noĩe dotis, iſtud nomẽ dotis eſt cauſa pẽ
dens de futuro,⁊ facit conditionem tacitam ſi matrimonium ſe-
quatur,vt ſ.de iur.do.l.ſtipulationem.cum ſimi.Idem eſt dicen-
dum in legato dotis nomine,vt dicam j.eo.l.Titio centum.§.Ti-
tio genero.licet gl.ibi in ver.peti poteſt.dicat contrarium. Idem
in donatione cauſa moꝛ.nam hoc dictum,cauſa moꝛtis,facit cõ-
ditionem,vt ſ.ſi cer.pet.l.non omnis.⁊ de do.cau.moꝛ.l.ſi moꝛtis.
quandoque tamen cum iſta appoſita ſunt per modũ cauſe futu
ture faciunt modum,de quo dabimus doctrinam in l.quibus die
26 bus in fi.j.eo quia ergo †quandoque nomina ſuſpendunt diſpoſi-
tionẽ in aliquẽ futurũ euentum, ideo dicuntur facere conditionẽ.

27 ¶ Quinto †Pꝛincipaliter quero de pꝛonomine,an con
ditionẽ inducat?Circa qđ ſciendũ eſt , quod
quedã ſunt pꝛonomina que requirunt vnũ verbũ tm̃,quedã ſunt
que ſui natura requirũt duo.de pꝛimis dico,ꝙ quedã ſunt ſignifi
catiua ſubſtãtie,vt ego,tu,⁊ ille.quilibet vterqȝ,⁊ ſimilia:⁊ iſta cõ
ditionẽ nõ faciunt per ſe ſui natura,niſi ex natura cõiunctionis
vel aduerbij, vel alterius partis oꝛationis,vt ſ.dixi de noĩe.qꝛ ea
dẽ eſt rõ.Quedã ſignificãt qualitatẽ,vt meũ,tuũ,⁊ ſuũ,⁊ iſta ſi q-
dẽ adijciant verbo futuri tẽpoꝛis faciũt cõditionẽ,vel demõſtratio
nẽ,l.nuper.ſ.de le.iij.de alijs vero pꝛonominibus que requirunt
duo verba:dico,ꝙ quedam ſunt diſtributiua,queda relatiua:di-
ſtributiua ſi adijciantur verbo futuri tẽpoꝛis ſemper faciunt cõ-
ditionem,hoc pꝛobatur pꝛimo in diſtributiuo ſi quis,ſ.de leg.j.l.
qui filiabus.§.j.⁊ ſ.de pig.actio.l.ſi neceſſarias.§.ſi annua.in fi.cũ
ſimi.Itẽ in diſtributiuo quiſquis,cum ſuis obliquis.vt ſ.de vul.
⁊ pupil.⁊ l.qui liberis.§.hec verba.⁊ ſ.de le.j.l.iiij.§.fi.⁊ C.de imp.
⁊ alijs ſubſt.l.fi.cum ſi.licet ſit arg.contra j.eo.l.in conditionibus.
§.j.dic vt ibi.Item in diſtributiuo quicunqȝ,vt j.de iur.fiſc.l.edi-
cto.circa pꝛin.Item de diſtributiuo vter.vt ſ.de conditio.inſti.l.
vter.⁊ idẽ in omnibus ſimilibus que duo verba requirũt de ſui
natura:ſed ſi adijcerẽtur verba pꝛeteriti tẽpoꝛis.vel pꝛeſentis eſ-
ſet demonſtratio,vt j.eo.l.demonſtratio,⁊ ibi dicitur.¶ De rela-
28 tiuis †videamus,⁊ pꝛimo de relatiuo ſubſtantie,vt de relatiuo qs
vel qui,quod eſt relatiuum ſubſtantie,vt no.C.de ſenten. que pꝛo
eo quod intereſt pꝛofer.l.vnic.in antepen.gl.⁊ Inſti.de inuti.ſtip.
§.alteri.de hoc dico,ꝙ quandoqȝ ponitur diſtributiue non rela-
tiue,qđ eſt quãdo refertur ad aliquã generalitatem,vel ad termi-
num cõmunem,⁊ tunc facit cõditionem,ſicut alia diſtributiua,vt
pꝛobatur de reb.dub.l.ſi fuerit.Quandoqȝ ponitur relatiue:ꝙ eſt
quando refertur ad rem certam,vel limitatam,⁊ tũc ſi quidem iũ-
gitur verbo pꝛeſentis,vel pꝛeteriti tẽpoꝛis,nũquã facit conditio-
nem ſed demonſtrationẽ licet quedam iura videantur contrariũ
dicere,quod examinabimus.j.eo.leg.demonſtratio.in pꝛin.quan
doqȝ iũgitur verbo futuri tempoꝛis,⁊ tunc facit conditionem,l.
Stichũ,qui meus erit.ſupꝛa de legatis pꝛimo, ⁊ ſupꝛa de legatis
tertio.l.nuper.in fi.Sed cõtra hoc videtur foꝛtiter obſtare ſupꝛa
de her.inſti.l.ij.vbi dicit teſtatoꝛ,ex partibus quas adſcripſero, ⁊
cc tamen partibus non ſcriptis eſt heres.Ad hoc reſpondeo,[cc] ⁊ be
ne notandum eſt quod iſtud relatiuum in verbo futuri tempoꝛis
inducit conditionem ad ſuum antecedẽs,vt dictis legibus patet,
Hoc pꝛemiſſo,quandoqȝ iſtud relatiuum refertur ad aliquod ſub
ſtantiale ipſius diſpoſitionis,vt puta ad rem legatam,⁊ tunc totã
diſpoſitionem facit conditionalem l.Stichũ.⁊ l.nuper.pꝛeallegat.
Quandoqȝ refert ad aliquod accidentale ipſius conditionis,tũc
ipſum accidens facit conditionale,⁊ ſic deficiente conditione re-
manebit diſpoſitio ſine illo accidenti,vt hic.⁊ in d.l.ij.Nam ibi di

cit,inſtituo te ex partibus quas adſcripſero,antecedens
latiui quas,eſt illa dictio partibus,pars autem inſtitutionis
eſt de ſubſtantia,ſed eſt quodã accidẽs,⁊ ideo cõditione defici
deficit illud accidẽs,⁊ remanet ſine partibus inſtitutus.Et
29 vult ſentire gl.ſ.de le.j.le.Stichũ,†qui meus erit.¶ Ex hoc co
cludo aliud de quo poſſes querere,vtrũ relatiua accidẽtis,vt qua
litatis,quãtitatis:vel quotitatis.vel numeri,vt qualis, quan
quotus,⁊ quodcunqȝ,faciant conditionẽ ſi iungantur verbo fu
ri tempoꝛis? Et dico ꝙ faciant conditionalem illam qualita
non totalem diſpoſitionem,ar.d.l.ij.⁊ videtur eſſe caſus de her
dd inſti.l.clemens.§.fi.[dd] ſecundum vnũ intellectũ gl. ¶ Sȝ quer
ee iuxta pꝛedicta,an iſta conditio que inducit per iſta relatiua
30 tur conditio †tacita vel expꝛeſſa?Et gl.que eſt in d.l.Stich
ꝙ eſt cõditio tacita.Idẽ ſentit hic in fi.tex,⁊ gl.ſi bene inſpicia
Contra hoc videtur tex.quia ſiue cõditio apponatur per ſi,
per relatiuum iunctũ verbo futuri tempoꝛis nihil intereſt,
de he.inſti.⁊ ſ.de le.iij.l.nuper.in fi.⁊ ibi tex.videtur.quid
Dico,ꝙ eſt conditio tacita per tex,⁊ gl.huius legis, in fi.
huius eſt qꝛ natura conditionis vult vt ipſam diſpoſitionem
ſpiciat,⁊ ipſam ſuſpendat,vt j.eo.l.legata,⁊ l.cum ad pꝛeſen
ſequẽ.ſupꝛa ſi certum petatur.⁊ de verboꝛum ſignificatio
dicim:ſed iſtud non refert ſe ad diſpoſitionem,vel actum
ſponentis pꝛincipaliter,ſed ſolum refert ſe ad ſuum
pꝛincipaliter,ſecundario per illud antecedens ſic qua
rigitur ad actũ verbi diſponentis,⁊ ideo dicitur taci
ta,qꝛ hoc cõtingit ex natura rei in diſpoſitione appoſ
ficate per relatiuũ.ſicut dicitur tacita,qñ legantur fructus
vel partus ancille,⁊ ideo tacita dicit,qꝛ ſecundario hoc
dicimus de dictione cũ,⁊ alijs aduerbijs tẽpoꝛis,vt ſ.di
eſt multũ vtile pꝛopter illas differẽtias,quas ſ.poſui
Non obſtãt iura iſta,qꝛ verũ eſt ꝙ nihil intereſt,nõ tñ per
nihil,vt in multis ſimilibus habemus,vt in l.ſacrilegij
31 l.Iul.pec.¶ Ex his ergo †cõclude,ꝙ cõditio dicit tacita
ff modis.[ff] Pꝛimo cũ nihil expꝛimitur,nec id quod ſuſpẽdit
euentus in quẽ ſuſpẽditur,vt in illis cõditionibus que tacite
intelligunt a lege vt ſ.de le.j.l.iij.vel q̃ ex vi nominis induc
dixi.Scđo quando actus ſuſpendens expꝛimitur,ſed non expꝛi
mitur euẽtus in quẽ ſuſpenditur,vt in conditione que induc
per dictionẽ alias,⁊ alioquin,vt ſ.dixi.Nam conditio eſt que ſu
ſpendit.⁊ illa expꝛimitur , ⁊ ipſa continet in ſe tacite euentum
quem ſuſpenderetur.Tertio, quando vtrunque expꝛimitur,ſed
pꝛincipaliter denotat tempus.ſecundario conditionem.Quarto
ſimiliter,quando vtrunque expꝛimitur,ſed non poꝛrigitur pꝛin
cipaliter ad actum verbi,vt in conditione que inducitur per quis
32 vel qui vt ſupꝛa dixi.†Ex his habes quod cõditio que inducitur
per coniunctiones,eſt cõditio expꝛeſſa.quia actum verbi reſpicit
Item que inducitur per aduerbia,niſi ſit aduerbium tempoꝛis,
quia etiam aduerbium tempoꝛis reſpicit actum verbi quem ſu
ſpendit.Idem dico de ea que inducitur per pꝛepoſitionem,qꝛ
etiam pꝛepoſitio circa actum verbi diſponit, ⁊ eum ſuſpendit
aliquem euentum.Idem dico,de his conditionibus que induc
tur per nomina diſtributiua,quia ſemper diſtribuunt actum
verbi,⁊ ipſum ſuſpendunt.Et hoc eſt verum cum actus,
tus in quem ſuſpendatur,expꝛimitur.Et de effectu iſtarum con
ditionum que tacite intelliguntur, dicemus j.eodem l.conditio
nes extrinſecus.

33 ¶ Sexto pꝛincipaliter †Quero de ver
bo,an cõſtitutio
nes inducat?Breuiter dico quod nõ.Nam aut dicis ꝙ verbum
inducat conditionẽ reſpectu ſuijpſius,⁊ hoc eſt impoſſibile qꝛ
ſpoſitio ⁊ cõditio eſſet idẽ.Aut eſt reſpectu alterius verbi p
in alia diſpoſitione,⁊ vr̃ etiã impoſſibile. Nã vnũ verbum nõ
iũgitur verbo alteri,nec diſponit in illo.niſi mediãte aliqua co
ctione,aduerbio,vel aliquo alio diſtributiuo,vel relatiuo, q
beret hoc inducere ⁊ ſic nõ induceret ex natura ſui,ſed ex na
alterius,vt dictum eſt:alias faceremus malam grammaticam
tra l.Plautius.de auro ⁊ ar.le.Pꝛedicta fallunt in verbo in
uimodi,quod poteſt coniungi alteri verbo ſine coniunctione,
tunc ſicut nomen poſſet inducere conditionem, vt verbi gra
pꝛomitto te dotare,ar.l.ſtipulationem.de iur.dot.

34 ¶ Septimo pꝛincipaliter †Videndum
eſt de p
pio,an inducat conditionẽ?Circa quod eſt ſciendũ, ꝙ quando
participia ponunt abſolute,⁊ tũc eſt mirabile qꝛ licet fuerit p
riti tempoꝛis,tamen inducit conditionẽ.Ratio,qꝛ futurum t
pus ſignificat cũ quadam pꝛeteritione, vt dicimus in futuro
iunctiui.Hoc pꝛobat.j.eo.l.a teſtatoꝛe.ſ.de euict.l.qui liber
§.ſeruus.de vſur.l.euictis.de ſtatu libe.l.Sticho.in pꝛin.
ſtã cõditionẽ reputo expꝛeſſam,qꝛ actus verbi diſponẽtis
conditi

conditiones directo ſuſpenditur, ⁊ euentus in quem ſuſpenditur
35 exprimitur. Quandoqꝫ participia† non ponunt abſolute, ſed reguntur ſicut alij caſus, ⁊ tunc participia preſentis, vel preteriti tēporis non faciunt conditionem, qꝛ non ſunt de futuro. Circa participia vero futuri tēporis poſſet dubitari, an faciunt conditionē
gg vt in hoc exēplo, lego tibi[gg] Stichum futurū meum, cum moriar: Et videtur ꝙ non facit conditionem. l. ſi quis vina. in prin. ſ. de periculo. ⁊ commo. rei ven. Contrarium credo, ꝙ faciant conditionem tacitam, ſicut cum dico, Stichum qui meus erit cum moriar. d. l. Stichum qui meus erit. Nam eſt eadem ratio, quia talia participia magis adijciunt quandam qualitatem futuram rei legate quam actui verbi, vt ſ. dixi. Non ob. l. ſi quis vina. quia illud participium, deguſtanda, fuit adiectum executioni, non diſpoſitioni. Itē habuit limitationē certi tēporis, merito nō facit diſpoſitionē conditionalem. Facit l. ex his. C. quando di. leg. ce. dixi. ſ. circa dictionem cum, facit quod dixi, ſ. circa aduerbium temporis.

## ¶ Octauo quero principaliter.

36 †De gerūdijs:[hh] Reſp. de hoc dixi ſ. de acq. her. l. ſi tu ex parte.
hh Scias tamen, ꝙ ſecundum grammaticos gerundium non differt ab infinitiuo, niſi qꝛ hꝫ caſum. ⁊ ideo dic. Aut gerūdiū ponitur in conſtructione mediāte aliqua prepoſitione, ⁊ tunc dic vt ſ. dixi. in vj. q. princi. Quandoqꝫ ſine prepoſitione, tunc dic vt ſ. dixi in vj. q. de verbo infinitiuo, ꝙ nominaliter ponitur. Declaraui latius in d. l. ſi tu ex parte: ideo non curaui perfectam dare doctrinā: ſed ſi vtrunqꝫ reperitur ex iam dictis poteſt ſumi quid iuris ſit.

ii

## ¶ Nono quero principaliter[ii]

De ſupi-
37 no. †Circa ꝙ ſciendum eſt vt dixi de gerūdio. Nam ſupinum non differt ab infinitiuo, niſi qꝛ habet caſum. Ideo aduertendū eſt, qꝛ ſupinū non habet niſi duos caſus, ſcꝫ, ablatiuum ⁊ accuſatiuum. Nō eſt, qꝛ natura ſupini eſt deſignare, ſeu reſpicere ſolū terminū alicuꝰ actus: ⁊ terminꝰ eſt duplex. ſcꝫ, terminus a quo. ⁊ per hoc habemus ablatiuū, vt ſ. de mino. l. iij. ſ. minor. vbi hoc ſupinum, natu intelligit a momento natiuitatis. Uel eſt terminus ad quem ⁊ per hoc habemus accuſatiuū, l. ſi qn̄. ſ. fi. vt le. no. ca. Sed iſtud quod habet ſe ꝑ modū termini, non ſuſpendit diſpoſitionem, ſed magis terminat, ideo puto ꝙ per ſupinum nō inducatur cōditio, niſi ratione alterius verbi cui adiungitur. ⁊ hec dicta ſufficiant.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Quid ſit conditio. Et vide per doc. ſ. in rub. poſt. glo. per Bal. in rub. C. de inſti. ⁊ ſubſti. ibi improprie loquitur tex. ⁊ vide ad hec que habes poſt Bar. in l. cum ad preſens. ſi cer. pet.

b AND. BAR. ¶ Uidendum eſt. Et vide Bar. in conſi. lxvj. inci. Dominicus fecit teſtamentum, quod ſi dicat ſub hac conditione tamen intelligitur modus, allegauit l. Meuia. ff. de ma. teſta.

c ALEX. ¶ Loquuntur improprie. Omnia iura que conditiones in preteritum appellant, improprie loquuntur. Adde que ſ. dicta ſunt proxime in diffinitione. dixi in d. l. cum ad preſens. ſi cer. pet.

d ALEX. ¶ ſ. quidam Titio. Iſtud tamen limita vt hic per Imo. ⁊ vide no. per Barto. in l. ita ſtipulatus. ver. ij. iuxta. hoc quero. de verb. oblig.

e ALEX. ¶ Dictio ſi. Item aduerte, quia ſi lego tibi centum eadē, vel partem eorum dederis Seio. dictio ſi denotat modum, non cōditionem, vt per Imo. hic in l. huiuſmodi. in prin. de leg. j.

f ALEX. ¶ Inſtatur ergo. Iſtud eſt verū in actu fauorabili, ſecꝰ in actu odioſo. per l. iij. ſ. filius. ſ. de li. ⁊ poſt. ſecundum Imo. hic. POMA. ¶ Uide Alex. in ſimili conſi. viij. in j. vol.

g AND. BAR. ¶ Sed in caſibus. Et facit gl. in l. eas cauſas. j. eo. ⁊ in l. data. de reg. iur. in vj. ⁊ in l. ſi vno. ſ. loca. cum ſi.

h ALEX. ¶ Item inſtatur. Adde tex. iuncta glo. in l. fi. C. qui. res. iud. non noc.

i ALEX. ¶ Dictione cum. No. de dictione. cum, per Bal. in rub. C. de inſtit. ⁊ ſubſti. ſub condi. fac. per Bal. in l. ex his in prin. C. quando di. le. ced. ⁊ in l. centeſimis. ſ. fi. de ver. obli.

k ALEX. ¶ Non ſit differentia. Differentia inter ſi ⁊ cum habet per doc. in d. l. centeſimis. ſ. fi. per Bal. in d. l. quodcunqꝫ. ſ. nō ſolum. ⁊ vide Bar. in l. eadem. in ver. ſecundo quero iuxta predicta.

l AND. BAR. ¶ Tertia differētia. Et vide gl. in l. Seius. j. ad Tre.

m ALEX. ¶ Apponitur. Et vide Bal. in l. ſi eum. ſ. qui iniuriarū. ſi quis cau. ⁊ adde Imo. poſt bar. in l. quodcunque de ver. obli. ⁊ ꝙ ibi dixi poſt Imo.

n ALEX. ¶ Ex his. Et ad limitationem huius vide text. in l. ſi ita ſcriptum. in fi. j. de manu. teſta. quod no.

o AND. BAR. ¶ Tertio quero. Et de hac dictione niſi vide bar ⁊ bal. in l. actione. C. de tranſac. Ang. in l. Lucius. ff. de manu. teſt. bal. in ti. de ſpon. in addi. Specu.

p ALEX. ¶ Dictione niſi. No. de hac dictione niſi, ⁊ quid in ſentētijs, eſt tex. gl. ⁊ Inn. in c. requiſiſti, de app. ⁊ bal. in l. quibus. ſ. quidam. Titio. j. eo. ⁊ vide aliquid per Imo. in l. quodcunque. ſ. non ſolum de ver. obli. ⁊ quod ibi ſcripſi poſt eum per Saly. in l. actione. C. de tranſac. ⁊ Dy. in regula peccatum. de reg. iur. in vj.

q ALEX. ¶ Dictione alioquin. Iſta dictio alioquin, eſt ſeparatiua, vt l. ij. ⁊ ibi Rich. ⁊ Bar. ⁊ Sal. ſ. ſi cert. pe. Aliquādo pro aliter ponit, vt no. in l. alioquin de cōtrah. emp. ⁊ Inſt. de Iuſt. ⁊ iur. ſ. ij. de dictione alioquin, vide tex. in l. ex diuerſo. in princ. ſol. mat.

r ALEX. ¶ Dictione ſiue. De dictione ſine, dixi in d. l. ſi ita quis. ⁊ vide Bar. in l. demonſtratio falſa. ſ. quod autem. in fi. j. eodem.

ſ ALEX. ¶ Coniunctione copulatiua. Uide Imo. j. eodem. l. qui duobus.

t ALEX. ¶ Quid ſignificant. Uide Bar. in l. qui ita. de ver. ob. ⁊ in d. l. legatum. Et de dictione donec, vide Bar. in l. ambiguitatē. C. de vſufruc. vbi etiam de dictione quouſqꝫ.

* CLAV. DE SEISS. ¶ Natura aduerbiorum. Uide Bal. in l. precibus. C. de impuber. ⁊ alijs ſubſtit.

v ALEX. ¶ Dictione dum. Et vide no. per gloſ. Bar. ⁊ doc. in l. j. C. de leg.

x ALEX. ¶ Dictione quouſqꝫ. Uide glo. ⁊ docto. in l. j. C. de leg. ⁊ Barto. in l. fi. ad Tertyl.

y ALEX. ¶ Ut de dictionibus. Ponit Io. an. in regula nullus ex conſilio in Mercurialibus.

z ALEX. ¶ Utriqꝫ caſui. Per Bar. in l. ex arrali. C. de ac. emp. ⁊ ꝙ faciat conditionem eſt tex. in l. poſt dotem. in v. lec. ſol. mat. ⁊ de dictione, in, adde tex. ⁊ qđ ibi no. voluit Imo. in l. Publius. in prin. j. eo. vide no. in l. Gallus. ſ. ille caſus. de lib. ⁊ poſthu.

aa ALEX. ¶ Quarto principaliter quero. Et de pluribus alijs dictionibus, vide ꝙ ſcriptum eſt in l. ſi quis ita. de aur. ⁊ arg. lega. ⁊ de iſtis hic, ⁊ de quibuſdam alijs, ⁊ vide etiam per Bar. j. eo. l. demonſtratio. per totam legem.

bb ALEX. ¶ Conditionē. Quid ſi teſtator dicat relinquo tibi ſub tali pacto, dic ꝙ intelligitur relictū ſub conditione, vel modo. l. filijs matrē, ⁊ ibi Bar. C. de inof. teſt. quid ſi dixit, ſaluo, ⁊ reſeruato. vide Bal. in l. iij. in j. co. C. de fru. ⁊ lit. expē. ⁊ ibi dixi. de dictiōe ſm, quid de iſtis verbis, do tibi ſub hac cōditione vt facias, dic ꝙ ſignificant modū. l. cū res. ⁊ ibi bal. C. de don. quid de his verbis ꝙ poſſis petere ex voluntate mea dicit Bar. in effectu ꝙ inducūt conditionem. ita dicit in l. poſt dotem. in v. lec. ſo. matrimo.

cc ¶ Ad hoc reſpondeo. Et vide Bal. in l. ſi quis. C. de inſti. ⁊ ſubſti. docto. in l. ij. ff. de here. inſti.

dd ALEX. ¶ Lege clemens. ſ. fi. Adde bonum tex. ⁊ ibi bar. ⁊ docto. in l. ſi Titius mihi. ſ. cum ita. de leg. ij.

ee ALEX. ¶ Sed quero. Cōditio que inducitur per relatiuum an ſit tacita. Adde bonū tex. in l. ſi quis ita promiſerit. in princ. ⁊ ibi Bar. ⁊ doc. de verb. oblig. adde tamen ꝙ impedit tranſmiſſionem ſecundum Barto. in l. conditiones extrinſecus. j. eo.

ff ALEX. ¶ Quatuor modis. Quot modis conditio dicatur tacita per bal. in rub. C. de inſtit. ⁊ ſubſtit.

gg AND. BAR. ¶ Lego tibi. Et de iſta oratione cum moriar, vide bar. in l. qui duos. ſ. hec cōditio. ff. de manumiſ. teſt. ⁊ ibi Ang. qui ſingulariter loquitur,

hh ALEX. ¶ De gerundijs. Gerundium vtrum faciat conditionem. habetur per Iac. but. in l. j. C. de his qui latro. ⁊ late per bal. in l. falſus. C. de furt.

ii ALEX. ¶ Nono quero. Uide gl. in l. Meuia. in princ. ſol. ma. ⁊ bal. in l. id quod pauperibus. in j. col. de epiſ. ⁊ cle. ⁊ Io. And. in c. j. de poſt. prel. in vj. in noue. De participio, vide quod dixit bart. in l. tunc inutile. in fi. ſ. de pec. leg.

LEX II.

1 ☞ Conditio caſualis poteſt impleri viuo teſtatore ⁊ etiam poteſtatiua. ſi fuerit facilis.
3 Conditionis implende cauſa quem feciſſe probatur, probando ꝙ ſciuerit conditionem inſertam.
4 Conditio caſualis in contractibus ſufficit quod ſit impleta ante contractum.
Poteſtatiua facilis, poſt contractum impletur etiam a ſciente: ſed quo ad obligationem acquirendam non ſufficit aliquid factū eſſe facto, ⁊ ad penam euitandam ſic.
5 Statutum, quod ſi quis ſoluerit decem, eximatur de banno, non ſufficit ſoluiſſe ante ſtatutum.

a
nitur, ⁊ tunc quatenus demõſtratio falſa eſt, eatenus vitiat diſpo
ſitionem, d. l. ij. in fi. C. de fal. cau. adie. ⁊ l. libertis quos. ſ. de ali.
⁊ cib. le. ⁊ l. Quintus. §. j. ſ. de auro ⁊ argen. leg. cum ſi. Secundo
caſu quãdo demõſtratio adijcitur certe ſpeciei, ⁊ tunc aut demon
ſtratio adijcit̃ rei, aut perſone honorate. Primo caſu, aut illa ſpe-
cies nõ reperitur in rerũ natura, ⁊ vitiatur diſpoſitio, vt ſ. de do.
prele. l. j. §. ſed, ⁊ ſi dotẽ, ⁊ ſ. de leg. j. l. ſi ſeruus legatus. §. qui quin
que. Aut reperiatur in rerũ natura, ⁊ non vitiatur diſpoſitio, vt
hic, cũ ſi. Fallit ſi de cõtraria volũtate teſtatoris appareat, vt j. de
ver. ob. l. ſi ita ſtipulatus fuero, hãc ſummã, ⁊ ibi no. Secundo ca-
ſu, quãdo demonſtratio adijcitur perſone honorate, ⁊ tũc aut de-
mõſtratio eſt deſignatiua affinitatis, vel cõſanguinitatis: ⁊ diſtin
gue vt no. in l. quoties. in prin. ⁊ l. nemo. §. j. ſ. de here. inſti. ⁊ j. eo. l.
falſa. Aut eſt deſignatiua alterius accidẽtis, ⁊ nõ vitiat, vt hic ij.
reſpõſo. ⁊ l. his verbis. §. fi. de here. inſti. Ratio predictorũ patet
d ex ante dictis. ¶ Quarto quero,[d] quid. †in cõtractibus inter vi-
10 uos, an falſa demõſtratio vitiet diſpoſitionẽ? Et videt̃ ꝙ nõ, l. ſi di
uortio. j. de verb. ob. In cõtrariũ videt̃ caſus. ſ. de cõtrahẽ. emp.
l. ſi q̄s fundũ, ⁊ hoc tenet gl. Inſti. de leg. §. huic. Breuit̃ tu diſtin-
gue, aut loq̄mur in contractibus ex altera parte tantũ obligato-
rijs, vt in donatiõe ex ſtipulatione facta ex mera liberalitate ⁊ tũc
per omnia debemus eodẽ modo diſtinguere, vt ſ. dictũ eſt in vlti
mis volũtatibus, d. l. ſi diuortio, ⁊ d. l. ſi ita ſtipulatus fuero, hanc
ſummã. Aut loq̄mur in cõtractibus vltro citroq; obligatorijs, ⁊
tunc aut falſa demõſtratio facit deficere cõtractus ſubſtantiam,
vt rem, vel pretiũ, ⁊ tũc cõtractus vitiatur, l. in vẽditionibus. ⁊ d. l.
ſi quis fundũ. de cõtrahẽ. emp. ⁊ ideo dicit̃ ibi, ꝙ habet vim con-
ditionis, q̄ ſtatim perimit cõtractũ, ſicut defectus cõditionis de
preſenti, vere tamen demõſtratio eſt: aut vere ſubſtantiam cõtra-
ctus nõ perimit, ⁊ tũc aut res, cui adijcitur demonſtratio, nõ re-
peritur in rerum natura, ⁊ tũc ille qui demõſtrationẽ adijcit, tene
tur, l. ſi quis cũ fundum. ſ. de ac. emp. Aut rei ſubſtãtia reperitur
ſed non cũ illa qualitate, cum qua fuit demõſtrata, ⁊ ſimiliter cõ-
tractus non vitiat: ſed ille, qui demõſtrationem adiecit, tenetur, ſe
cundum diſtinctionem l. ea que comẽdandi. ſ. de contrahen. emp.
11 ¶ Quinto †quero, quid in reſcriptis,[e] an falſa demonſtratio vi-
e tiet reſcriptũ? Dy. dicit ꝙ nõ, niſi doceatur de cõtraria volunta-
te Pape, vel Imperatoris, vt no. per eũ. C. de leg. l. ſi fortidianũ. ⁊
* hoc videtur cõtra caſum extra de reſcri. c. ſignificauit.* ⁊ ibi hoc
tenet gl. ſcilicet ꝙ reſcriptũ vitietur, ſed Inn. dicit, ꝙ illud ideo, q̄
non poteſt cõſtare Papã de alio ſenſiſſe, q̄ de nullo alio ſenſit,
quam de eo qui demonſtratus eſt: ſecus ſi de alio poſſet conſtare,
f per iſta iura, ꝙ puto verũ, ⁊ de hoc in Spec.[f] de reſcri. C. preſen. §.
12 ratione autẽ cauſe. verſi. quid ſi indubitate. ¶ Sexto quero, †q̄d
g in iudicijs.[g] Pone, aliquis citatus eſt tanquã Petrus Joãnis,
cum ipſe ſit Petrus Martini, quid iuris? Iſtã queſtio. tangit
Jaco. But. Inſti. de actio. circa princi. ⁊ finaliter ibi modicũ, vel
nihil dicit. Tu dic, aut ille citatus ſub illo nomine Pet. Joannis,
comparuit in iudicio, ⁊ ſub illo nomine litigauit, ⁊ tũc talis falſa
demonſtratio non vitiat iudiciũ, imo valet, q̄ cõſtat de corpore,
q̄ tã iudex quã partes hunc hoiem habebãt pro Pet. Jo. vt ſ. de
h iud. l. ſi in iudicis nomine. Aut nõ comparuit[h] in iudicio, ſed fuit
contumax, ⁊ cõtra eum habitus proceſſus tanquam contra con-
tumacem, ⁊ eſt poſitus in banno ſub demõſtratione nominis que
non eſt vera: ⁊ tũc ſi quidem conſtat ꝙ ille homo, illud idem cor-
pus fuit ſub hoc nomine, ⁊ ꝙ ille eſt ille homo, qui de hoc malefi-
cio inculpabatur, ⁊ diffamabatur, licet fuerit in nomine erratum,
tamen valet proceſſus, q̄ animus iudicis referebatur. ſ. illum ho
minem ſic diffamatũ, argu. l. cõgruit. ſ. de offi. preſi. ⁊ de bo. eorum
qui mor. ſibi conſci. l. ſi. in prin. q̄ ſaltẽ debuit comparere corã iu
dice, ⁊ oſtendere ꝙ ipſe qui citabatur ſub hoc nomine, nõ erat il-
le qui ſic vocabatur, argu. ſ. de iudic. l. ſi quis ex aliena. Et ideo
13 Poteſtates †⁊ boni aſſeſſores, quando capiunt aliquem exban-
i nitum, antequam faciant executionem, faciũt captũ confiteri[i] ꝙ
ipſe eſt idẽ homo, ⁊ idẽ corpus qui ſic vocatur, ⁊ hoc nomine fuit
* citatus, ⁊ condemnatus, ſeu exbannitus.* Sed pone,[k] ꝙ conſtat
k hunc hominem fuiſſe citatũ, ſeu cõuentum ſub hoc nomine Pet.
Joan. ⁊ cõſtat ꝙ ipſe nõ eſt Petrus Jo. ſed Pet. Martini, tunc
talis demõſtratio vitiat, q̄ licet nuncius ſentiat de certo: tamen
iudex nõ ſenſit de illo. vt ſ. dixi in reſcripto, ⁊ ſic citatio nõ arctat
eum, l. j. j. de requi. re. Sed in quibuſdã ciuitatibus in cauſis ciui
libus poteſt quis citari ſine conſenſu iudicis, ⁊ tũc eo caſu ſi con
ſtat talem fuiſſe citatum, conſtat de corpore; q̄ animus iudicis re
fertur contra eum, quem citauit nũcius. Sed ſi non conſtat eum
fuiſſe citatum, ⁊ conſtat prenomen eſſe diuerſum, proceſſus vitia-
tur, q̄ non cõſtat de corpore, etiam ſi illud corpus reperiatur in
rerum natura, l. ſi ſeruus. §. qui quinque. ſupra de leg. j. ⁊ l. j. §. pe-
nul. ſ. de dote prelegata, ⁊ de rei vendicatione, l. idẽ Pomponius
ſcribit, ſi frumentum in fin. ⁊ infra eodem l. in teſtamento, quidã.
Predicta vera, niſi aliqua demonſtratio eſſet ita vera, ꝙ ſuffice-
l ret, vt ſtatim dicam. ¶ Septimo quero[l] quomodo probabitur
14 †quod de corpore conſtet, vt ſic falſa demonſtratio non vitiet. Re
ſpon. debetis ſcire, quod ad demonſtrandam perſonam perfecte,
debet exprimi nomen cum duobus alijs accidẽtibus, vel indicijs,
l. hac conſultiſſima circa principiũ. C. qui teſtamenta facere poſ-
ſunt. vt Petrus Martini de Peruſio, ⁊ tũc reddat perſonã cer-
tam. Itẽ ad demonſtrandũ fundum debet exprimi nomen loci cũ
duobus cõfinibus, l. forma in princip. infra de cẽſibus. Hoc pre-
miſſo, ille, qui vult probare quod de corpore cõſtat, vt ſic falſa de-
monſtratio nõ vitiet, ſi oſtẽdit nomen cum duabus demõſtratio-
m nibus,[m] ſeu duabus accidentijs congruis huic perſone, vel no-
men loci cum duobus cõfinibus cõgruis huic fundo, ipſe habet
fundatam intẽtionem ſuã, q̄ de corpore cõſtat, ⁊ licet aliqua alia
* demonſtratio* fuiſſet adiecta, †que reperitur falſa, hoc nõ nocet.
15 Quicquid enĩ vltra alias demõſtrationes neceſſarias adijcitur,
fruſtra eſt, ⁊ nõ vitiat, l. j. §. fi. ſ. de dote prelega. ſi enim omiſſio nõ
n vitiaret, multominus erronea expreſſio,[n] l. vnica, circa p̃n. C. de rei
vxo. actio. ⁊ hoc tenet gl. in l. ſi quis in fundi vocabulo. j gl. ij. ſ. de
leg. j. facit l. patronus. §. j. ⁊ ij. ſ. de leg. iij. ⁊ hoc caſu aduerſarius,
qui vult diſpoſitionem infringere reſpectu talis falſe demonſtra-
tionis, habet neceſſe probare ꝙ de alio fuit ſenſuz: vel ꝙ alius eſt,
qui habet eandẽ demonſtrationẽ, vt ſic res ponatur in obſcuro,
ſecundum formã l. duo ſunt Titij. ſ. de teſtamen. tute. Item ille,
16 †qui vult diſpoſitionẽ defendere, ad vnum aduertat, ꝙ poſſet eſſe
vna demõſtatio tam clara, ꝙ faceret cõſtare de corpore, ⁊ plures
alie falſe nõ vitiarẽt: vt ecce, erat quoddã nomen proprium ſingu
o lare, ⁊ ſingulariſſimũ, vt Salloprestus,[o] vt not. in d. l. hac conſul-
tiſſima, cum enim vnus tantum habet, illud nomẽ, ſatis eſt clara
demonſtratio, argu. ſ. de lib. ⁊ poſthu. l. ij. ⁊ ſic hoc ſolum ſuffice-
ret, ⁊ quicquid vltra adijcitur, fruſtra eſt, vt dixi. Idẽ dico in no-

p mine fundi.[p] q2 ſi nomen eſt ſingulare, adeo q res redditur certa, licet in confinibus, ꝛ alijs demõſtrationibus erretur, vel licet non ponatur: diſpoſitio tamen non vitiatur. ſ. de cõtrahen. emp. l.cum ſeruo.§. ſi.que eſt no.ad hoc, ꝛ j.eo.l. quibus diebus.§.qui
q dotalem. ꝛ ſic debet intelligi.ſ.de leg.iij.l. patronus.§.ſi libert⁹.[q]
17 cum ſi. Et †per hec dicebam, ꝙ ſi aliquis accuſatur de maleficio
r commiſſo in palatio Poteſtatis Peruſij, ꝙ nõ eſt neceſſe[r] ꝙ inſerantur confinia.cum ſatis ille locus ſit demonſtratus, d.l.cũ ſer-
18 uo.§.ſi. Item †eſt aduertendum, ꝙ quandoque ſtatur demonſtrationi potius, quam nomini proprio. Pone in exẽplo contingente de facto, dum Dux ducatus proceſſit contra Ioan. Poteſtatem aſſiſij, occaſione alicuius delicti cõmiſſi in officio, ꝛ tunc ſi non vocatur illo nomine Ioan. certe conſtat de corpore ex illa demõſtratione officij, ꝛ hoc eſt inſpiciendum, q2 magis ſtatur illi accidenti, quam proprio nomini, cum per illud accidens magis, quam per proprium nomen haberetur notus, l.habebat.de inſtito. ꝛ caſus ſ.de rebus dub.l.pe.que eſt multum no.ad iſta. Ex his ſciret aduocatus quid habet probare. Si vero probationes omnes ponamus falſas, ꝛ nullam remanere ita certam ꝙ ſufficiat, tunc res dicitur eſſe in obſcuro. Solũ enim nomen proprium non reddit rem certam, quia tale nomen regulariter pluribus competit, vt dicta l.hac conſultiſſima, in princ. expreſſius. j.de iure fiſ.l.ita fidei.in
19 prin. Tunc enim †illi, qui vult ſuſtinere diſpoſitionem incumbit onus probandi de tali corpore fuiſſe cogitatum. Quid probabit ex his demõſtrationibus? forte ſi eſt aliqua demõſtratio, que ſoli tantum de illa ciuitate congruat, quia eſt nomen ſingulare, vt in illa ciuitate eſt tantum vnus doc. ꝛ tunc de illo de neceſſitate concluditur, vt argu.l.ij.ſ.de lib. ꝛ poſth. ꝛ poteſt probare per ea que dicta ſunt in prefationibus.l.item ſ.de pac. ꝛ l.Titia.§.idẽ reſpõdit.j.de verb.obl. ꝛ l.quoties.§.j.ſ.de hered.inſti. Itẽ poteſt probare ex affectione, ꝛ charitate, l.duo ſunt Titij.ſ.de teſta.tu. ꝛ l.ſi quis ſeruum.§.inter duos.ſ.de leg.ij. Item ex maiori notitia, d.l. pen.ſupra de rebus dubi.vel alijs modis legitimis. Sed aduocatus, qui dixit ꝙ non conſtat de corpore, debet ponere ꝙ falſa nomina ſunt, ꝛ plures demonſtrationes circa illud concurrentes, ꝛ tunc vitiatur effectus diſpoſitionis, l.duo ſunt Titij.ſ.de teſt.tu. Iſta ſunt multum vtilia, ꝛ in his conſiſtit tota vtilitas huius ma
s terie. ¶ Vltimo quero,[s] pone aliquam † demonſtrationem varia-
20 tam ex tempore, vt ille qui prius vocabatur vno nomine, nũc vocatur alio nomine, vt faciunt multi cum doctorãtur: vel militiam aſſumunt: ꝛ ſic alio nomine vocantur in inſtrumento tempore cõtractus, alio nomine modo tempore quo agunt, vel conueniũtur, quid eſt faciendum? Reſpondeo, ſi quidem eſt modica differẽtia, vt inter nomen integrum, ꝛ nomen diminutum, vt ſi aliquis voca
t batur Petrutius.[t] modo vocatur Petrus: vel eſt alia differẽtia ſyllabalis, tunc hoc nõ nocet, nec dicitur diuerſitatẽ inducere.ſ.
v de manu.teſta.l.qui habebat.[u] in prin. Si vero ſunt nomina proſus ſeparata, tunc fiat vnus articulus ꝙ ille, qui olim vocabatur
x ſic, ꝛ hodie vocatur ſic, eſt vna, ꝛ eadem perſona, ꝛ idẽ corpus.[x]
y Ad quod facit.j.de fideicom.lib.l.Lucius Titius[y] teſtamẽto. Et idẽ eſſet faciendum qñ confinia alicu⁹ poſſeſſionis, ſeu fundi ſunt mutata, quia ad duos alios pertinent predia vicina. Nam tunc fiet vna poſitio, ꝙ fundus olim poſitus iuxta confines tales, ꝛ fundus qui hodie eſt poſitus iuxta tales eſt idem fundus, ꝛ tunc hoc probato, habes intentum, alias non obtineres, ꝛ de facili poſſet periclitari totus proceſſus, ꝛ l.Idem Pomponius ſcribit ſi frumentum.§.fin.ſ.de rei vendi.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Demonſtratio eſt. Adde no. per doc.in ru.ſ.eod. ꝛ vide Bald.in rub.C.de inſti. ꝛ ſubſt.ſub conditio.

* CLAV. DE SEISS. ¶ Et vide gl. Adde circa hoc Are.extẽdentem conſi.cxlix.

b ALEX. ¶ Diſtingue. Et dic vt dixi.ſ.de leg.j.l.ſi quis in fundi vocabulo.

c ALEX. ¶ Nõ vitiat. Iſtud limitat hic Imo.niſi falſa demõſtratio faceret deficere ſubſtãtiam legati, de quo plene per eum in l.ſi ſic.§.j.de lega.j. ꝛ vide Bal. in l.j.C.de fal cau.adie.lega. An autẽ falſa demonſtratio vitiet appellationem, habetur per Bal.in l.ij. C.de fal.cauſa adie.le.vt ſi erratum eſt in die ſententie.

d ALEX. ¶ Quarto quero. Vtrum in contractibus inter viuos falſa cauſa vitiet diſpoſitionem, vide Bart.in d.l.ſi diuortio. ꝛ in d.l.ſi quis fundum, ꝛ Bal.in l.iij.C.de fal.cauſa.

e ALEX. ¶ Quid in reſcri. Vtrum falſa demõſtratio vitiet reſcriptum dixi ſ.de do.pre.l.j. in fin. ꝛ vide Imol. ꝛ Bald .in l.neque natales. C.de proba.ad fi. ꝛ Io. And. in c. ꝙ dilecto.de conſan. ꝛ affi. ꝛ vide no.per Sali.in l.imperialis.C.de nup.

* CLAV. DE SEISS. ¶ C.ſignificauit. Alias. c.ſignificante. ꝛ ibi per Fely.de materia huius legis.

f ALEX. ¶ In Spe. Vide bar.i l.hac cõſultiſſima.C.q te.fa. poſ.

g ALEX. ¶ Quid in iudicijs. Vtrũ falſa demonſtratio vitiat iudicium, vide omnino Imo. hic, ꝛ adde quod falſa vitiet libel[...] cundum Inno. in c. ex parte Abbatiſſe.de priui. ꝛ adde [...] dum Bal.not.in l.non ignoret.C.de fruc. ꝛ lit.expen.ad fin.[...] iſto caſu quando fuit citatio equiuoca, iudex forte poterit [...] rare de quo ſenſerit, quod no. Et de dicto Bart.hic, facit [...] nem. Bal.in l.voluntatis in vl.col. C.de fideicommiſ. quid [...] ſi iudex errauit in proprio nomine ſuo. Dicit Lu. in l.ſi [...] fundi de lega.j. ꝙ actus vitiatur per l.ſi.C.de he.inſti. ꝛ ibi [...] ꝛ ex premiſſis dicit Ang. ꝛ Imo.in l.his verbis de he.inſti. [...] ſemel vnus fuit decapitatus eo quia in fortiam venit cred[...] num non tenere, eo quia in banno erratum fuit in loco, [...] originis, ſeu in parochia, quia non vitiat, ſi de corpore con[...] quid ſi erratur in nomine artificij, vide Bald. ꝛ Imo.in [...] quis in fundi, quid ſi iudex errat in confinibus, vide Bal[...] in j.col.C.de execu.rei iudi.

h AND.BAR. ¶ Aut non comparuit. Et vide Bal. in [...] ſine cul.non ami. ꝛ in l.ſi quis ſeruum,§.inter duos.ſ.de le[...] dit quod confiteatur crimen commiſiſſe, ꝛ ita voluit Ang[...] ſ.de lib. ꝛ poſthu. ꝛ hoc Ioan.in dicta l.ſecunda.docto[...] ditis de preſcrip.

i ALEX. ¶ Captum confiteri. Vide Bart.in l.inter ſtip[...] §.j.in fi.de verbo.obli. ꝛ vide Bald.in tit.de feu.ſine [...] in vſibus feu. ꝛ in l.ſi quis ſeruum.§.ſi inter duos, [...] in l.ij.ſ.de lib. ꝛ poſthu. Bartol.in l.ſi ideo.de euic. [...] figere.C.de tranſac.

* CLAV.DE SEISS. ¶ Seu exbannitus. Quid [...] ius nominis vide Bal.in c.quoniam Abbas.de offi.[...]

k ALEX. ¶ Sed pone. No. bonum conſilium, ꝛ idem [...] inter ſtipulantem. §.ſi Stichum de verbor.obligatio.[...] quod not. Bar.in l.diuus.j.de cur.reo.per Angel. ꝛ Im[...] ſupra de liber. ꝛ poſthum. ꝛ Bald.in l.ſi quis ſeruum.§.[...] legat.ij. ꝛ Imol. hic, ꝛ per Moder. Inſtitu.de actio.§.[...] pli.in princip. ꝛ Bald.in l.hac conſultiſſima.C.qui teſtam[...] re poſſunt, ꝛ quod dixi poſt Bartol.in d.l.diuus.

l ¶ Septimo quero. Quot demonſtrationes ſufficiunt ad de[...] monſtrandam rem certam, ꝛ vide per Baldum in d.l.hac con[...] tiſſima. ꝛ vide per Bartolum in l.ſi in rem. ſupra de rei vendica[...] tione. Item no. ꝙ qualitas rei incerte operatur idem quod [...] ſitio confinium: vt ſi lego fundum Titianum in quo eſt oliue[...] gl.eſt not. ꝛ ibi Bald.in l.iiij.ſupra de leg.j.

m ALEX. ¶ Duabus demonſtrationibus. Si due qualitates [...] iecte ſint vere, licet alie falſe ſint, actus valet. In contrarium fa[...] l.in teſtamento.la.j.j.eodẽ quam allegat Bar.[...] Et quid in probationibus teſtium, ſi dico quod [...] criſpum capillis, vel equum ſtellatum in fron[...] ſeruo, vel equo, ꝛ non deponunt de ſtella in fronte [...] in l. edita, de eden. Ad dictam l.in teſtamento [...] dent ſaluando Bart.hic ꝛ ad dictam l.j.in fi.ſupra [...] poteſt reſponderi ſecundum Paul de Caſtr.in d.l.in teſtamento [...] ꝙ ibi loquitur quando agitur de commiſſione pen[...] loquitur quando agitur de demonſtrando rem legatam, [...] perſona legatarij quo caſu procedit dictũ Bar.hic quod dictum Bart.videtur habere locum, quando ſunt expreſſe tres demonſtrationes, ꝛ due conueniunt, tertia nõ. Sed ſi eſſent expreſſe quatuor, vel plures, ꝛ due conueniunt, ꝛ due non, ſeu plures, [...] tur res dubia, ꝛ non deberent preualere potius ille, quam iſti [...] cundum Paul.de Caſtr.not.in d.l.in teſtamento.

* CLAV. DE SEISS. ¶ Alia demonſtratio. Vide de hoc [...] conſi.lxxj.vol.ij.vbi ponit, quando demonſtratio confinij [...] ſure ꝛ nomen predij non conueniunt, quid potius attendi [...] de quo vide do.Clau.in l.ſi quis in fundi vocabulo.ſ.de le.j.[...] Alex, vbi aliquid per gl. ꝛ ibidem vide Are.

n ALEX. ¶ Erronea expreſſio. Bartol.in d.l.ſi quis in fundi [...] alium modum ad probandum, quod fuerit erratum in corpo[...] vide quod ſcripſi poſt Imo.ibi in princip.

o ALEX. ¶ Gallopreſſus. Adde Bartol.in l.libellorum.[...] princip.j.de accuſ. ꝛ Bartol.in l.certum, ſupra ſi cer.pet.[...] in l.ij. ꝛ ibi not.ſ.de lib. ꝛ poſthum.

p ALEX. ¶ Nomine fundi. Et de hoc errore confinium vide [...] in l.cum pater.§.fin.de lega.ij. ꝛ habetur in l.ſi fortidianum.[...] leg. ꝛ in l.forma.de cẽſi. ꝛ not.in l.ſi qs in fundi vocabulo.de le[...]

q ALEX. ¶ Si libertus. Et vide Guli. ꝛ Bald.in l.comparatio[...] nes.C.de fide inſtrumentorum.

r ALEX. ¶ Nõ eſt neceſſe. Adde ꝙ idẽ dixit Bald. ꝛ ibi [...] Imo.in d.l.ſi qs in fundi vocabulo p hoc ibi i §.ſi.nominauit.[...] qualitas rei incerte operat idẽ quod appoſitio confinium.[...] infert.ad id quod Bar.hic.licet de eo nõ faciat mentionem.[...] propter qualitatẽ expreſſam ſatis reddit res certa.l.j.in fi.[...] pre. Et per hoc limitatur.l.libellorũ.de accu. Et adde bar.[...] cum ſeruo, ꝛ in d.l.libellorũ, ꝛ quod ibi dixi, ſed an libellus [...]

dat ſine confinibus ſi non opponitur, vide Imo. poſt Cy. in l. cum pater. §. ſi. de leg. ij. ⁊ vltra eum Ioā. and. in Spe. in tit. de libel. cō cepti. §. iuxta verſi. non valet etiam ſi fundus. Et que dicantur cō finia. ⁊ qui dicantur vicini. vide tex. gl. ⁊ Bar. in l. iiij. §. pen. fini. regundo. ⁊ quod ibi dixi in glo. Et an cōfines agroꝝ ſint demon ſtrandi, vide l. Titius heres Sempronij. ⁊ ibi glo. ⁊ quod ibi dixi de actione empti. Et an confines probentur per inſtrumentum, vide not. in l. cum aliquis. C. de in. deli. ⁊ non vitiatur, ſi ponatur pro confine locus publicus. gl. eſt in l. hac conſultiſſima. C. qui te. fa. poſ. ⁊ alibi dicit tex. ꝙ latitudo fundoꝝ probatur per emptio nalia. l. Caius de pigno. actio. Adde Qualiter ſit formandus li bellus cum agitur de confinibus. Bald. conſi. ccclxx. lib. iij.

a ALEX. ¶ Vltimo quero. Et vide Bart. in proemio Digeſt. §. nos vero.

b ALEX. ¶ Petrutius. De errore habetur ſimile per Bartol. ſ. ſuper rub. in vlti. col. Dixi poſt Bal. in l. iij. de leg. j.

c ALEX. ¶ L. qui habebat. Et vide quod ibi habes poſt Bar.

d ALEX. ¶ Et idem corpus. Adde bal. l. j. C. ſi vnus ex pluribus.

e ALEX. ¶ L. Lucius Titius. ⁊ ibi vide quod habes poſt bar.

1 ☞ Falſa cauſa conditionaliter expreſſa vitiat legatum.
2 Cauſa quid ſit.
3 Verbum in preterito. ⁊ futuro ſubiunctiui, licet in dubio intelli gatur in futuro, tamen ex coniectura, ⁊ ne interpretatio ſit vitio ſa, intelligitur de preterito.
4 Cauſa hic accipitur ſtricte, ⁊ etiam large pro occaſione, ⁊ nu. 5.
5 Cauſa large eſt omne id, ex quo aliquid ſequitur.
Cauſa pro lite ponitur.
6 Cauſa quod ponatur cauſaliter, an vero conditionaliter, quali ter cognoſcatur.
7 Dictio, ſi, regulariter facit rem dubiam.
8 Dictio quia ponit rem certam.
9 Dictio quoniam, cauſaliter ponitur. item dictio quod, pro quia, dictio cum, ne, ⁊ coniunctiones illatiue.
10 Dictio cum, iuncta verbo preteriti, vel preſentis temporis. poni tur cauſaliter non conditionaliter; ⁊ cum verbo futuri temporis ponitur conditionaliter.
11 Coniunctio omnis ponens cauſam cum dubitatione, ponitur conditionaliter.
12 Cauſa adijcitur per prepoſitiones, per conditionem ſubintelle ctam, ⁊ per nomina diſtributiua.
13 Falſa cauſa quando vitiet diſpoſitionem.
Cauſa que dicatur coherere legato.
14 Practica probandi, quod teſtator aliter relicturus non fuiſſet.
Falſa cauſa circa filiationem adiecta exheredationi, facit exhere dationem nullam ipſo iure.
15 Verba enunciatiua teſtatoris in modum cauſe emiſſa, licet non inducant diſpoſitionem, tamen inducunt doli exceptionem.
16 Falſa cauſa in cōtractibus, etiā finalis, ⁊ obligatoria. licet non vi tiat contractum ipſo iure: tamen inducit repetitiones, ſi ſcienter.
17 Cauſa falſa an vitiet ſententiam.
18 Falſa cauſa in lege, quando vitiat legem.
Cauſa legis. ⁊ cauſa legati. idem eſt.
Ratio eſt de futuro. ⁊ cauſa de preterito.
Ratio legati, ⁊ ratio legis eſt idem.
19 Falſa cauſa in reſcripto quando vitiat.
20 Cauſa an in dubio dicatur finalis, vel impulſiua.

1 **§. Quod autem.** Falſa † cauſa non vitiat legatū, niſi cōditionaliter ſit expſſum. h. d. Primo, ponit quando cauſa exprimitur ſimpliciter. Secūdo quando cōditionaliter. Secunda ibi, at ſi conditionaliter. ¶ Pri
2 mo † quero, quid ſit cauſa. Gl. ſ. eo. a ſuper rubrica dicit. Cauſa eſt
a quedam de preteritis precedens ſuaſio, qua teſtamento noſtro magis quem honoremus. Secundo modo diffinit breuius. Cau ſa eſt animi implußio a nobis expreſſa. Iſte diffinitiones nō ſunt vere in hac materia, q2 in hac lege, ⁊ in ſimilibus appellatur cau ſa, ille actus, vnde procedit ſuaſio, ſiue impulſio. ꝙ apparet, q2 non eſt reperire caſum, in quo illa impulſio ſeu ſuaſio, nō fuerit ve ra, ſiue actus, ex quo procedit, fuerit verus, ſiue falſus, vt in exem plis legis noſtre euidēter apparet. Deficiunt ergo iſte diffinitio nes in multis. Si enim reſpicis id, quod Iuriſconſultus appellat cauſam, nō appellat etiā eam proprie impulſionē ſeu ſuaſionem, ſed appellat cauſam id, propter ꝙ īducitur impulſio, ſeu ſuaſio. ¶ Diffinias ergo proprie ſic, ⁊ dic: Cauſa eſt, quid preteritū, vel inſtās, quo impellimur, vt aliquid diſponamus. Quare dico, cau ſa eſt quid preteritum, vel inſtans: hoc dico ad differentiā condi tionis, que eſt de futuro: cauſa ſemper eſt de p̄terito, vt l. ſi ita in ſi. eod. Facit l. damus. ſ. de condictio. inde. Itē vt differat a cau tione. l. quibus diebus. §. Terminus. j. eo. Item differentiā modi
3 qui ſimpliciter eſt de futuro, vt j. proxi. §. Sed hoc † videt̄ contra exēpla huius legis, que dicit, ſi negotia mea curauerit, ſi centum ex arca ſumpſerit. Iſta enim videntur futuri tēporis. Nam cum reperiantur in preterito. ⁊ in futuro ſubiunctiui, debent intelligi: in futuro, vt ſ. eod. l. ſolemus, ⁊ ibi dixi, ⁊ j. eod. l. ſi ita legatum. Et ſic videt̄ cauſa de futuro. Sol. In illo exēplo, ſi centū ex arca ſumpſerit, ſi intelligeretur de futuro, eſſet conditio quedā turpis expectare ꝙ alius furetur, ⁊ ſic eſſet interpretatio vitioſa, ⁊ ideo intelligitur de preterito. vt ſ. de legibus. l. in ambiguis, ⁊ de regu. iur. l. quoties idē ſermo. In alio exēplo, ſi negotia mea curauerit, dic quod conſtabat, quod teſtator ſenſit de preterito expreſſe, vel per cōiecturas: puta, q2 tempore teſtamenti credebat ſe mori, vn de ex eo ꝙ dixit, negotia mea, intelligitur de preterito. nam poſt mortem non poſſunt dici negotia ſua, vt ſ. de neg. geſt. l. iij. §. hec verba, ſiue quis. alias faceret contra hoc quod dixi in l. hoc arti culo. ſ. de here. inſtit. In dubio autē, intelligeremꝰ de futuro, vt in cōtrarijs. Secundo, quo impellimur, quod dico ad differentiā impulſionis, vt ſ. dixi. Sequitur, diſponamus. Iſtud pono ad dif ferentiam demonſtrationis, que non reſpicit ipſum actum diſpo nendi, ſed magis ipſam rem, vt dixi in tractatu de demonſtratio
4 ne, ⁊ ſtatim dicam. Et ſcias † vnum, quod hic diffinitur cauſa ſtri cte, prout cōgruit preſenti materie. Nam alias cauſa large ſum pta, eſt omne id, ex quo aliquid ſequitur, l. ⁊ an eadem. §. actiones. ⁊ l. cū de hoc, j. de excep. rei iud. ⁊ l. j. C. per quas pſo. nobis acqui. ſed hic ſtricte accipitur. Itē cauſa quandoque ponitur pro lite, l. cauſas. C. de tranſa. ⁊ etiā habet alias ſignificationes, de quibus hic nō curo in diffinitione, vt ſ. dixi. Sequitur, vt aliquid diſpo namus. per hoc differt a demōſtratione, que reſpicit ſolum perſo nas, vel res que veniūt in diſpoſitione, nō actum verbi diſponen tis: ſed cauſa reſpicit actū verbi oſtendentis vnde cauſetur. Item
5 aduerte † quod hic aſſumitur cauſa large, quo ad quid, vt etiā oc caſionē cōprehendat, licet alias inter cauſam, ⁊ occaſionem ſit dif ferentia. vt extra de maio. ⁊ obe. c. ſolite. de homi. c. Petrus diaco
6 nus. ⁊ C. de legi. l. nō dubium. ¶ Secūdo quero, † q2 hic text. fa cit differentiā, an cauſa proferatur cauſaliter, an cōditionaliter, quomodo hoc cognoſcetur? Reſpondeo, quandoque profertur per, ſi, ⁊ tunc profertur cōditionaliter. Quandoq; per, quia, ⁊ tūc cauſaliter, vt hic, ⁊ Inſtitu. de leg. §. longe. ⁊ not. C. de fal. cau. ad iec. leg. ſuper rub. Ratio huius eſt, quia dictio ſi, licet adijciatur verbo preteriti, vel preſentis tēporis, ponit aliquid dubitatiue, ⁊ ſub dubio, ⁊ incertitudine. Et hoc eſt quod dicit tex. quāuis con trahentes ignorēt. ſ. ſi cer. peta. l. cū ad preſens tēpus. ⁊ j. de ver bo oblig. l. ſi ita ſtipulatus fuero, hanc ſummā. ⁊ hoc eſt quod hic dicitur conditionaliter poni, hoc eſt, ſub dubio, ſicut cōditio, ſub dubio eſt cauſa. Nam proprie loquendo conditio non eſt de pre ſenti, vel de preterito, vt dixi, ſ. eo. l. j. Iſta eſt ergo cauſa conditio naliter poſita, vt expreſſe hic dicit tex. ⁊ Inſtit. eod. §. lōge. Sicut ergo iſta cauſa ponitur dubitatiue, ita diſpoſitio eſt in hoc du bia ſi cauſa eſt vera, tenet alias nō: ſed iſta cōiunctio, q2. ponit ali quid certe, ⁊ ideo diſpoſitio ſtatim certa eſt, ⁊ valida. licet cauſa ſit
7 falſa. Dic ergo † ꝙ de natura dictionis ſi. eſt vt faciat rem dubiā. Ita dicit tex. in l. cū ad preſens tēpus. ⁊ l. itaque. ſ. ſi certum peta tur, ⁊ dicta l. ſi ita ſtipulatus fuero, hanc ſummā. j. de verbo. obl. ⁊ ideo qui ponit rem ſub cōditione, apparet ꝙ firmam non ponit
8 voluntatem ſuā, ſed ſub dubio. Sed natura † dictionis, q2, eſt ꝙ ponat rem pro certo, ⁊ conſtanti, vt q2 frater tuus ſumpſit, ideo tibi lego centū, ⁊ ſic puto eſſe verum, ⁊ mēs mea ad id eſt prolata.
9 ¶ Quero quid † de dictione, quoniā? Reſpō. cauſaliter ponitur vt ſ. eo. l. ſi ita, ⁊ j. de do. l. Aquilius. Idē de cōiunctione, ꝙ ſcili cet pro q2. l. ſi ita quis. §. Seia. j. de ver. ob. ⁊ de. fide. l. ſi ita fideiuſ. Idē de cōiunctione, cū, vt lego tibi cētum, cū fructus ſumpſerim. Certe idem eſt ꝙ de dictione, q2, l. cū qs. §. codicillis. ſ. de lega. iij. Idē de dictione, ne, vt j. de doli exceptione l. fin. §. penul. Omnes enim iſte cōiuntiones ponuntur cauſaliter, vt dictis legib. Idem puto de coniunctionibus illatiuis, ideo, idcirco, ⁊ ſimilibus. ꝙ de dictione q2: vt ſi dico, Titius negotia mea geſſit, ideo lego ſibi cē tum. Nam cū non ponat rem ſub dubio cauſaliter, non conditio naliter, erit cauſa expreſſa, l. cācellauerat. ſ. de his que in teſta. de
10 len. ¶ Sed quero, † quid de dictione cū, iuncta verbo p̄teriti. vel preſentis tēporis: vt ſi dicam, cum frater tuus extra arcam ſum pſerit, centū tibi lego. Et gl. Inſtit. de leg. §. longe. videtur dicere, ꝙ operatur idem ꝙ coniunctio, ſi, ⁊ ſic ponatur conditionaliter. Contrarium credo: nā non ponit rem dubitatiue, imo pro cōſtan ti. Quod apparet ex vulgari expoſitione, cum dicitur in vulgari, concio ſia coſa, ponitur ergo cū hoc ſit, vt C. de epiſco. ⁊ cle. l. cū clericis. in prin. ⁊ in omnibus quaſi legibus in quibus inuenies dictionem cū, iūctam verbo preteriti temporis: ſed ſi dictio cum, adijciatur futuro, tunc idem ꝙ de dictione ſi, vt ponatur condi
11 tionaliter. Eſt ergo † regula, ꝙ omnis cōiunctio, que cauſam po nit, cū dubitatione, ponitur cōditionaliter, vt per, ſi. Item credo per ſiue, vt ſi dicā, ſiue negotia mea geſſit, ſiue Titius cōſul eſt fa ctus, lego tibi centum argu. eorū que ſ. dixi in l. j. ſ. eo. de dictione

ſiue:ſecus ſi cauſa ponitur ſine dubitatione,q2 tunc ponitur cau
ſaliter. Itē quid ſi teſtator dicit q2 dubito ne frater tuus hoc fe⸗
cerit,lego tibi centum. Reſpondeo tunc dictio quis,ponitur cō⸗
ditionaliter,q2 ponitur ſub dubio: ſecus ſi ſub certo,q2 tūc cau
12 ſaliter. Item adijcitur†cauſa per prepoſitiones, vt quando me⸗
diante prepoſitione adijciatur alicui verbo aliquid cauſatiue. l.
cum alimentā. §.j.ſ.de alimen. ⁊ ciba.leg. Itē cauſa adijcitur per
coniunctionem ſubintellectā, l.codicillis.§. matre. ⁊ l.cum quidā
vxori.ſ.de leg.ij.licet gl. ibi dicat,ꝙ eſt demonſtratio. Sed nō eſt
verum,q2 hoc quod dico,nomine dotis,reſpicit actum verbi po⸗
tius,quam rem legatā.ad idem,ſ.de leg.iij.l.cum quis. §.fi. ⁊ tūc
ponitur cauſaliter,q2 non ponitur dubitatiue. Item eſt ſciendū,
ꝙ quandoque adijcitur cauſa per nomina diſtributiua,pone exē⸗
plum ſ.de leg.ij.l. Lucius in prin.ſcilicet ſi quid dedi,aut donaui,
illud lego. Iſta eſt quedam cauſa poſita conditionaliter,habet e⸗
nim in ſe verbum,ſi. Idē in omnibus diſtributiuis,vt dixi ſ.circa
cōtraria,⁊ hoc eſt quod gl.hic dicit, quod quādo in cauſa nō ex⸗
primitur perſona,falſa cauſa vitiat:illud autem eſt ſolum quādo
diſtributiue relinquitur , vt lego ex cognatis meis ei , qui maior
eſt natu,vt ſ.de reb.dubijs.l.ſi fuerit,vel lego libertis, quos ma⸗
13 numiſi , ⁊ ſimilia. ¶ Tertio quero†de effectu cauſe,quando cau⸗
ſa reperitur falſa,q2 quādo reperitur cauſa vera,valet diſpoſitio,
⁊ de ea non dubitatur. Breuiter,ſi cauſa eſt appoſita cōditionali
ter, falſa cauſa vitiat diſpoſitionem,vt hic,⁊ Inſti.eo.§.longe. Si
eſt cauſa appoſita cauſaliter,tunc nō vitiat diſpoſitionem vt hic,
niſi aliter relicturus non erat,l.cū tale.§.falſam,j.eod. Alibi ei
videtur dicere,quod probato errore defuncti , falſa cauſa vitiat
diſpoſitionem,vt C.de fal.cau.adie.leg.l.j.⁊ ſic iſte leges videntur
contrarie,quoniam aliud eſt probare errorem, quod fit de facili:
aliud eſt probare teſtatorem aliter legaturum non fuiſſe : poſſet
enim eſſe ꝙ errauit,⁊ tamen ſi ſciuiſſet, legaturus fuiſſet , vt C.de
b lega.l.cum rem alienam.[b] Solu. Quedam eſt cauſa,que legato nō
coheret,vt quando cauſa non erat obligatoria tunc non dicitur
coherere legato,hoc eſt,nunquam dicitur cauſa proxima,⁊ fina⸗
lis,q2 cauſa proxima,⁊ finalis eſt mera liberalitas , legatum enim
eſt donatio,l.legatū.ſ.de leg. ij.⁊ in donatione cauſa proxima eſt
liberalitas,l.j.j.de don.ergo illa inſerta,eſt remota,non coherens
legato:⁊ dicitur impulſiua,⁊ illa,ſi eſt falſa,non vitiat legatū,niſi
probetur quod teſtator aliter relicturus non fuiſſet , vt dicto §.
falſa.q2 tunc vitiat ope exceptionis: Quedam eſt cauſa proxima,
⁊ obligatoria coherens legato,ſi cauſa eſſet vera vt q2 dico, quia
centum mihi mutuaſti, lego tibi cētum:licet nō ſit liberalitas cau
ſa ipſa,ſed id,quod exprimit,eſt obligatoriū: ⁊ ideo coheret lega⸗
to ipſum debitū,⁊ tunc vitiatur diſpoſitio,⁊ ſufficit quod probe⸗
tur teſtatorē erraſſe,d.l.j.C.de falſa cauſa adiec.leg. Illa enim erit
cauſa finalis proxima legandi,⁊ nulla alia. Et hic eſt verus intel⸗
14 lectus huius materie a gl.⁊ doc.tactus. ¶ †Quarto quero,[c] quā
c do quis debet probare quod teſtator alias relicturus nō fuiſſet,
quomodo hoc probatur? Reſpondeo,ſi teſtator hoc expreſſiſſet
coram teſtibus,nullum eſſet dubium. Si autem hoc nō expreſſit,
tunc eſt hic videndum. Nam ſi illa cauſa reſpiceret cōſanguinita
tem,vel affinitatem,ſi cauſa reperiretur falſa , tūc preſumitur te⸗
ſtatorem alias legaturum non fuiſſe,l.ſi pater, ⁊ l.nec apud. C.de
here.inſti. Dixi ſ.proxime in materia demōſtrationis. Et ex hoc
ſequitur,quod falſa cauſa circa filiationē , adiecta exheredationi,
vt quia filius meus non eſt ex me natus,vel non eſt filius,ideo ex⸗
heredo eum,facit exheredationem nullam ipſo iure, l. ſi poſthu⸗
mus.§.fi.ſ.de lib.⁊ poſthu. Sed falſa cauſa alia adiecta exhereda
tioni,non vitiat teſtamentum,niſi intentata querela.vt not.in au
then.ex cauſa,C.de lib.pret.⁊ dixi ſ.de teſt.l.j. Si vero nulla cau⸗
ſa exheredationis eſt falſa,⁊ tunc vadit glo.variando:dixi in d.l.j.
de teſta.⁊ not.in d.authen.ex cauſa, Si vero cauſa non reſpicit cō
ſanguinitatem,vel affinitatem,tunc recurrendum eſt ad cōiectu⸗
ras. Pone exemplum in caſu huius. §. q2 frater tuus centum ex
arca ſupſerit,ideo centum tibi lego:licet iſta cauſa ſit falſa,⁊ teſta
tor errauerit,tamen poteſt eſſe qd teſtator relicturus fuiſſet,quid
enim ſi quātitas eſt modica,⁊ patrimoniū magnū. Talis fili9 cui
eſt relictū erat poſit9 in dignitate,vel multū defuncto ſeruierat,
valebit legatum. Sed econuerſo,ſi quantitas eſt magna,⁊ patri⸗
monium paruum,⁊ numerus liberorum eſt magnus. Certe preſu
mendum eſt,quod ſi teſtator ſciuiſſet,relicturus non fuiſſet,arg.
l.ſi filie.ſ. de leg.iij.⁊ l.vtrum negotium in fi. de dona. inter vir.⁊
d vxo.⁊ C.de leg.l. cum rem alienam.cum ſi. Hoc apparet[d] ex l.vlti⸗
e ma.de here.inſti.⁊ ſic non valet legatum. Ratio,q2 ibi[e] in heredi⸗
tate,que eſt magna,falſa cauſa probato errore,vitiat:q2 preſumi⸗
tur quod teſtator relicturus non fuiſſet. Nam ibi loquitur in cau
ſa non coherente legato. In legatis vero, que ſunt modica, falſa
cauſa non vitiat,licet error probatur: vnde ſi legata eſſent ita ma
gna quod exhaurirēt quaſi totam hereditatem,putarem idem iu⸗
ris eſſe,quia tunc falſa cauſa vitiaret:q2 preſumendum eſt, quod

15 ſi ſciuiſſet teſtator, non legaſſet. ¶ Quinto pone,†quod teſta[tor]
in modum cauſe aliqua expreſſit,que ipſe poterat diſponere,
iſta verba enunciatiua in modum cauſe prolata, inducunt
f ſitionem? Reſpon.licet alias regula ſit, quod verba enuncia[tiua]
emiſſa propter aliud non inducant diſpoſitionē,tamen in ca[ſu]
ſtro inducūt exceptionem doli. Tex.⁊ gl.eſt not.ſ.de rei vin[d]
ptor.§.fi. Alius tex.not.eſt in l.fi.§.j.de doli excep.⁊ ibi per g[l]
tangit gl.in l.ſi ſocer.§.Lucius.ſ.ſol.matri.in gl.magna,⁊ g[l]
g dixi,⁊ dixi in l.ex hac ſcriptura.de donat. ¶ Sexto quero,[†]
16 †in conttactibus, an falſa cauſa vitiet contractū? Breuiter
aut non eſt proxima,⁊ coherens,q2 nō erat obligatoria,⁊ tunc
vitiat,ſicut in vltimis voluntatibus,l.damus,ſ.de cōdictio[ne]
ſecundum vnum intellectum. Quandoqz cauſa eſt coherens
xima.⁊ finalis obligatoria,vt quando precedit cauſa,⁊ tunc
falſa cauſa non vitiet ipſo iure , tamē parit repetitionem
ſtinctione,aut ſcienter,aut ignorāter,vt ſ.dixi,⁊ not.in l.
17 ⁊ in toto tit.de condictio.inde. Septimo†quero,quid in ſen[tentia]
an falſa cauſa vitiaret ſententiā? Gl.tangit ſ.de acqui.he[red]
h is ad quē dic vt ibi dixi. ¶ Octauo quero,[h] quid de cauſa le[gis]
18 †Nam in tātum coheret legi, vt ea ceſſante ceſſet lex,
quamuis.j.de iure patro.gl.que eſt j.eo.l.cum tale.§.falſam
aliud in ratione legis,aliud in ratione legati. Propter[ea]
communiter dicitur,aliud eſt cauſa legati,aliud cau[ſa legis]
certe hoc nō dicit:ſed dicit,aliud in ratione legis,⁊c.
i rentia[i] eſt inter cauſam , prout hic ſumitur, ⁊ ration[em]
de preterito, ⁊ ratio de futuro. Dico ergo idem in cau[ſa]
cauſa legis,ponēdo cauſam pro aliquo preterito, vel in
quis impellitur, vt legem faciat. Pone enim quod falſum
quod illa Calphurnia inquietaret pretorem,de qua ſ.de p[o]
in l.j.§.ſexum.vel pone quod falſum fuit quod legitur de illa
goria,in auth.de non eligen.ſecundo nuben.in prin. Certe
hominus lex valeret. Nam tales cauſe ſemper ſunt impulſiue
ea ceſſante non ceſſat lex,vt not.in dicto §.ſexum. Idem etiam
co in ſtatutis,⁊ ſic idem quod in legatis. Sed ſi ratio legis nō
de preterito,ſed de futuro, tunc viget legis obſeruantia, cum
get ratio,vt dicit dicta glo.⁊ ſ.ſol.mat.l. cum mulier. Idem d[ic]
de ratione legati. Nam vbi habet locum ratio, habet locum
gatum : ⁊ vbi ceſſat ratio , ceſſat legatum,l.cum pater,§. dulciſſi
mis,ſ.de leg.ij. Facit ſ.de calū.l.hec actio ⁊ quod ibi not. ¶ No
19 no quero, †quid in reſcriptis?[k] Dic idem ꝙ in legatis , aut alias
k conceſſurus fuiſſet,poſito ꝙ ſciuiſſet falſam cauſam,aut non,
C.ſi contra ius vel vti.pub.l.preſcriptione.⁊ extra de reſcrip.
l per literis. ¶ Decimo[l] ⁊ vltimo quero,an†cauſa in debito
20 tur finalis,vel impulſiua? Dic,vt dixi in l.ij.in fi.j.eo.
tractant cōmuniter in l.generaliter.C.de non numerata pecunia.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Gl.ſ.eo. Adde not.p doct.ſ.eo.in rubrica adde ꝙ mul
tis modis dicitur cauſa,vt not. Io. And.in c.cū olim.de accuſ.
⁊ hic adde bal.in ru.C.de inſt.⁊ ſubſtit.⁊ not.ſcd in bal.hic ꝙ cau
ſa falſa non vitiat actum, niſi cauſa requireretur ad ſubſtantiam
actus.l.ij.§.circa.de dol.excep.adde l.ſi quis fundū.de cōtrahen.
empt.⁊ Barto.in l.ſi diuortio.in princ.de verb.oblig.in oppo
b ALEX. ¶ L.cum rem.alienā. Not.de falſa cauſa quādo vitiat
quando nō:idē not.Bar.in l.ſi cum te.ſ.de pact.⁊ aliquid in l.da
mus.ſ.de cōd.indeb.⁊ vide qd not. Guil.de Suza.i l.j.C.de pa[ct]
⁊ Bal.in l.j.de falſa cauſ.⁊ ibi etiā per Bal.⁊ per Bar.⁊ doc
in l.ſi ſic.§.j.per illum tex.not.de legat.j.⁊ in l.fi.ſ.de hered.inſti
c ALEX. ¶ Quarto quero. Quomodo probatur ꝙ teſtator non
fuiſſet alias relicturus , bene faciunt que dixi in l. Fulcinius.
quod autē.j.ex quibus cauſ.in poſſeſſio.ea.⁊ adde quod not ba[l]
in l.j.de falſ.cauſa adi.lega.
d ALEX. ¶ Hoc apparet. Ad intellectum illius l.fi.ſ.de hered.
inſtit.nunquid ibi legata ex primo teſtamento debeantur, ⁊ n[on]
diſtincte,⁊ circa primum Bar.videtur variaſſe. Nam hic,⁊ in q[ue]
in viij. queſt. de iure codicil. videtur ſentire ꝙ legata debeantur
Sed contrarium videtur voluiſſe in l.nam ne id. de legat.iij. circa
ſecundum,Barto,etiam variauit. Nam ibi tenet ꝙ ſic,ſed hic vi
detur reſtringere ad modica legatā,vt hic late per Imol.
e POMA. ¶ Ratio,quia ibi. Et not.ſingu.limitationem ad l.fi.
ſ.de hered.inſtit. quod habet locum ſi legata ſunt parua, ſed ſi
magna , non habet , quod eſt, nota.dignum, ⁊ facit argu.l.ſi vn
quam.C.de reuoc.donatione.
f AND.BARB. ¶ Quod verba. Et vide per Bald.in l.ex his.C.
de teſtamen.mili.⁊ Bartol.⁊ Ioan.in l.ex hac ſcriptura,j.de do.
Bar.in d.l.emptor.§.ancilla preallе.
g ALEX. ¶ Sexto quero. Utrum in contractibus falſa cauſa
adiecta vitiet. Bald.in l.fin.C.de fal.cauſa.vbi latius, ⁊ tex.in l.
ſi diuortio,⁊ ibi Bartol.in oppon.de verbo.oblig.in materia ad
Bartol.hic. adde Alexand.de Imol. in conſil.4.⁊ in conſi.pri
princi.in ſecunda ratione in v.volu.

POMA

h POMA. ¶ Octauo quero. Et vide caſum ſing. ſecundum Bal. in l. qui teſtamento. ſ. de excu. tu. Ange. in §. duo fratres. Bar. ⁊ Joã. in l. ſi is ad quem prealle. Ange. in l. ſi pretor. §. marcellus de iudic. Bar. ⁊ Bald. in l. pen. ff. de iuſti. ⁊ iure.

i ALEX. ¶ Longa differentia. Differentia ĩter cauſam, ⁊ rationem, vtrum cauſa, ⁊ ratio preſumatur finalis in lege, adeo ꝙ ipſa ceſſante ceſſet lex, ⁊c. ⁊ adde not. per gl. ⁊ Jo. an. in c. poſt tranſlationem de renu. ⁊ in. c. ⁊ ſi Chriſtus de iureiu. per gl. in c. his omnibus. lxiij. di. ⁊ inn. ca. j. xix. queſtio. ij. Adde ꝙ no Car. ⁊ poſt eũ Abb. in c. poſtulaſti. per illũ tex. de reſcrip. dixit, ꝙ ſi cauſa impulſiua in reſcripto non eſt vera, vitiat reſcriptum quod eſt, mirabile ſcd̃m ipſos ibi, quod ideo eſt ibi, q2 ille qui expreſſit nõ expreſſit vt impulſiuã, ſed vt finalem, ⁊ ſic cenſetur finalis in odiũ impetrantis, quod tene mẽti, alias ceſſante tali cauſa, non ceſſat diſpoſitio, vt no. gloſ. in d. c. poſt tranſlationem. ⁊ vide in proemio, ⁊ de hac materia per Bal. in l. generaliter de epi. ⁊ cle. ⁊ ꝙ no. Bartol. in extraua. ad reprimendum in verſi. non ex eorum.

k ALEX. ¶ Quid in reſcriptis. Uide Bald. in l. j. de colla. deteg.

l ALEX. ¶ Decimo vide Dyn. in regula, licet. de regu. iu. in vj.

LEX XVIII.

# Si cui.

Cautio Mutiana preſtatur his, quorum intereſt. hoc dicit. Opponitur ſ. eo. l. Mutiane in fi. vbi non cauetur niſi habeat coheredem. Nam ſecundum hoc videtur quod debet cauere venientibus ab inteſtato. Solu. Ibi non cauetur, quia impletur conditio adeundo, vt ibi dicitur, alias ſecus, vt hic. ¶ Opponitur ſ. de condi. inſti. l. iiij. in fin. Solu. Dicunt quidam, quod hic non preſtatur veniẽtibus ab inteſtato, quod nõ placet, quia hic textus loquitur generaliter. Item habemus textum in authen. de nup. §. prefate. ⁊ C. de indi. vidui. tol. authen. cui relictum. vbi cauetur veniẽtibus ab inteſtato. Dic ergo, quod ibi nõ erant venientes ab inteſtato. Uel dic, quod ibi fuit conditio, ſi non alienauerit, que de facili ſpernitur, ſi non apparet perſona, cuius contemplatione ſit facta prohibitio, l. filius fa. §. Diui, ſupra de lega. j. ⁊ ſ. de lega. iij. l. pater. §. Julius Agrippa.

LEX XIX.

a

# In conditionibus.

[a] Conditiones debent intelligi ſecũdum teſtatoris voluntatem, que dominatur in teſtamentis. hoc dicit.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ In conditionibus. Uide Bar. in l. ſi alũ. de vſufr. leg. Cy. ⁊ Bald. in l. cum virum. C. de fide. in iiij. col. cum concor.

* CLAV. DE SEISS. ¶ Hunc tex. dicit ſingularem Bal. in c. cumana. de elec. per quem dicit quod teſtator poteſt facere vt legatum tranſmittatur.

## §. Hec ſcriptura.

Conditio que tacite ineſt, ſi exprimatur, legatum conditionale non facit, niſi teſtator aliter voluerit. Item conditio de preſenti non ſuſpendit. h. d. ¶ No. ꝙ poteſt teſtator facere, ꝙ conditio, que tacite ineſt, non ſuſpendat legatum. Dixi ſ. de leg. j. l. iiij. Op. quando di. le. ced. l. ſi Titio. Sol. quidam dicunt, ꝙ hic fuit ſolus vnus heres. Tu dic idem, ſi fuerint plures, tamen ab vno fuit nominatim relictum, vt dixi in d. l. iij. ſ. de leg. j. Opp. ꝙ conditio de preſenti ſuſpendat, vt ſ. de leg. j. l. ſi ſic. §. j. Sol. Dicit gl. quod nõ eſt conditio proprie, nec ſuſpendit ex vi conditionis: ſed quia deficit ſubſtantia rei relicte, vt ibi plene dixi. Uel dic, quod non ſuſpendit quo ad tranſmiſſionem. Querit glo. quid ſi poſt teſtamentum cepit deberi. Dic vt in ea.

1 ☞ Inſtituto admiſſo per bonorum poſ. ſecundum tabu. non eſt locus ſubſtitutioni vulgari.

2 Bonorum poſſeſſor continetur etiam aepellatione heredis.

## §. Si patronus.

Conditio, ſi heres non erit, deficit, eodem iure pretorio admiſſo per bono. poſ. hoc dicit, no. Facit ad queſtio. † ꝙ inſtituto admiſſo per bono. poſ. ſecundum tabu. non ſit locus ſubſtitutioni vulgari, que fit per hec verba, ſi heres non erit. Dixi ſ. de vulga. ⁊ pupil. l. j. Opp. verbum heres prolatum in cõditione, debet intelligi de herede vero, non de herede in effectu, vt ĩ. eod. l. qui heredi. in prin. Solu. Appellatione † heredis continetur etiam bonorum poſſeſſor, vt hic ⁊ ĩ. ad trebel. l. j. §. bonorum. ĩ. de verbo. ſign. l. hereditatis. Non obſt. l. qui heredi. quia dominus non eſt heres. Dixi in l. cum filio familias. ſupra de lega. j.

1 ☞ Conditio caſualis non ſcinditur, poteſtatiua quandoque.

a

## §. Si a primo.

[a] Conditio, ſi aliquis heres non erit, deficit illo exiſtente herede pro parte. hoc dicit. Opp. ꝙ legatum debeatur, q2 hec verba, ſi heres nõ erit, debent intelligi quatenus heres non erit, vt ſ. de leg. j. l. Stichum. Sol. Quidam dicunt, ꝙ ibi dixit, qui meus erit, hic dixit, ſi. Sed hoc eſt contra l. ij. ſ. de condi. inſti. quare dic, ꝙ ibi loquitur quando conditio reſpicit ipſam rem legatam, ⁊ eſt de ipſa re legata: ſecus ſi conditio reſpicit aliam rem. ⁊ eſt de illa re, vel perſona, vt hic. † Quo caſu conditio non reſcinditur, ſi eſt caſualis, vt ĩ. eo. l. qui duobus. Poteſtatiua vero quandoque ſcinditur, vt dicam forte in l. ꝓ lautius. ĩ. eod. vel forte in l. que conditio. ĩ. eo. quod not.

1

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Si a primo. Uide ꝙ no. dicit Bartol. per iſtum tex. in l. auus. ĩ. eod.

LEX XX.

# Non dubitamus.

Conditio turpis habetur pro non adiecta. hoc dicit. de hoc plene in l. j. ⁊ l. que ſub conditione. ſ. de condi. inſti.

LEX XXI.

1 ☞ Ignorantia iuris quando impediat aditionem hereditatis.

2 Sententia lata ab eo qui ignorat ſe iudicem. quando valeat.

3 Geſta a tutore, qui ignorat ſe tutorem, quando valeant.

4 Sententia lata contra verum contumacem, cum iudici non conſtiterit de contumacia, non valet, cum nec etiam proceſſus valeat. Cautela quod quando fertur ſententia contra contumacẽ, in ſententia inſeratur, viſis citationibus de eo factis, ⁊ viſa cõtumacia.

5 Si iudex ſciuit contumaciam, ſed credebat diem feriatum, cum non eſſet, ſententia non vitiatur.

# Multum.

Ad hoc vt poſſit adiri hereditas, requiritur ꝙ conditio adiecta in inſtitutione exiſtat, ⁊ eam extitiſſe heres ſciat. In conditionibus iuris ſufficit ſolummodo ꝙ exiſtat. hoc dicit ⁊ eſt no. l. Opp. ad primum dictum. ſ. eo. l. ij. Solu. Ad purificandam inſtitutionem in conditionibus caſualibus, non requiritur ſcientia heredis, vt ibi: ſed ad adeundam hereditatem requiritur ſcientia conditionis implete, vt hic. Oppo. ſ. de acq. her. l. ſi quis extraneus. §. ſi. Gloſ. ſoluit ibi multis modis. Dy. dicit, ꝙ ibi putabat ſe inſtitutum pure, cum eſſet inſtitutus ſub cõditione, ⁊ cõditio extiterat, ⁊ ſic conditio erat purificata: hic ſciebat ſe inſtitutum ſub conditione, ⁊ ignorabat eam extitiſſe: dic vt ibi. Ad ſecundum dictum opp. de acquirẽ. hered. l. qui in aliena. §. ſi is qui. Sol. ignorantia iuris ſui non impedit aditionem, quando nõ impedit conſenſum, vt hic. Uolebat enim in omnem euentum eſſe heres. Sed ſi ignorantia impediret conſenſum, puta quia volebat facere heredem patrem, ⁊ ipſe nolebat eſſe heres, ſi ſui iuris eſſet, tunc enim impediret aditionem, vt ibi. Opp. de acq. here. l. is qui ſe putat. Sol. eo modo ibi ignorantia iuris ſui, impedit conſenſum, vt ibi dixi. Opp. de acquiren. hered. l. heres inſtitutus. in fi.

1 vbi ignorantia iuris perſone, impedit aditionem. Solu † Quandoque per ignorantiam iuris perſone ignoratur ius, ⁊ valor teſtamẽti, ex quo principaliter defertur ius aditionis hereditatis, vt ſi quis ignorat, an teſtator fuerit liber, vel ſeruus, filiuſfamilias, vel ſui iuris, ⁊ tunc impeditur ius adeundi hereditatem, vt in contrario. Quandoqȝ propter ignorantiam iuris perſone, nõ ignoratur valor teſtamenti, vt in exemplis hic poſitis: nam ſiue heres inſtitutus ſit filiuſfamilias, vel ſui iuris: liber vel ſeruus, teſtamentum valet. Unde circa principale ius adeundi non dubitatur, quia certum eſt ꝙ filio competit: ſed dubitatur de quibuſdam adminiculis, ſcilicet an cum iuſſu poſſit adire. ⁊ propter hoc non impedit, vt hic. Et hoc dicit tex. in l. ſed ⁊ ſi de ſua. §. j. de ac-

2 quiren. here. ¶ Et hec ſunt vtilia † ad q.[a] Aliquis in veritate eſt

a iudex ſed ſi ignorat ſe iudicem, an valeat eius ſententia? Reſpo. ſi ignorat illud, ex quo ſibi principaliter iuriſdictio competit, nõ valet quod facit, arg. l. quero. ſ. de eo qui pro tut. quod tenet Guil. in l. obſeruare. ſ. de officio proconſul. ⁊ leg. ſed ſi ſcit illud propter quod principaliter eſt iudex, ignorat tamen aliquod adminiculum, vt puta iuriſdictionem eius prorogatam eſſe per partes, tũc

b non vitiatur[b] quod agit, l. ij. §. j. ſ. de iudi. Item in ſimilibus, † ſi tu-

3 tor ignorat ſe tutorem, non valet quod facit, d. l. quero. Sed ſi ſcit ſe tutorem, putabat autem ſe adminiſtrare non poſſe, cum de iure poſſet, tunc non impediretur quod agit, argu. huius legis in fi.

4 ⁊ l. ſed ⁊ ſi de ſua. §. j. de acquiren. hered. † Itẽ facit, pone quod iu-

* dex* pronunciauit contra aliquem tanquã contra contumacem, cum ipſius contumacia non eſſet iudici nota, licet in veritate eſſet contumax, non valebit proceſſus, quia illud principale propter quod pronunciat, ⁊ quod ius pronunciãdi habebat ignorabat. Ita tenet Inn. extra de officio deleg. cap. cum contingat, in gl. ſuper verſic. iuſte. Dico quod eſt caſus in l. hec autem. §. j. ĩ. quib. ex cauſ. in poſſeſ. eat. ⁊ ideo cautela eſt quod in ſententijs que proferuntur contra contumaces, inſeratur in ſententia, viſis citationibus de eo factis, ⁊ eius contumacia, vt patet ex act. s, ⁊c. Sed

5 ſi iudex † ſciebat contumaciã, credebat autem diem feriatum, cum

non eſſet.talis error nõ vitiaret proceſſum. Non enim erat ſuper principali, ſed ſuper quodam adminiculo, arg. eorum que dicta
c ſunt. Sed contra predicta[c] facit c.prudentiam,extra de offi.dele. vbi ſi committitur cauſa pluribus,ꝙ ſi quis eorum intereſſe non poſſit, quod alius faciat, omnes habent iuriſdictionẽ inſolidum, tunc vnus non poſſet procedere,niſi ſibi conſtet de impedimento alterius. Solu. ibi loquitur in conditione appoſita ab homine,
d non a iure,[d] ideo indiſtincte debet fieri,vt in prin.huius legis.

ADDITIONES.

Communis vſus loquendi eſt probandus, ab eo, qui ſe in illo fun
dat.

1 Si quis ſeruum. Adẽpto † onere in vim
conditionis oppoſito, e-
molumentum non videtur ademptũ. h. d. In tex. ibi, qua
ſi puram facturus. dic ꝙ in dubio preſumitur. Oppo. de adi. le. l.
alumne. §. Seia. Soluit gl. quando adimitur, onus in vim modi
adiectum, videtur ademptum legatum, vt ibi: ſecus in vim condi-
tionis, vt hic. Ratio, qz quando onus adijcitur in vim modi, vide
tur legatum relictum propter illum modum: ſecus quãdo in vim
conditionis. Declaro rationem glo. modus eſt remuneratio que
dam ſecundum glo. ſ. eo. ſuper rub. vnde legatum relinquitur pro
pter onus implendum, ꝛ obligatur quis ad implẽdum modum. l.
quibus. §. ſi. ſ. eo. ꝛ ſi non cauetur tenetur ex teſtamento. C. de his

que ſub modo.l.ij.Sed in caſibus,vbi hincinde oritur obligatio, de iure eſt ꝙ obligatione ſublata ex vna parte,tollatur altera,l.fi. de acceptila.ꝛ l.cum emptor.de reſcin.vēdi.merito ſublato modo, cum tollatur obligatio,qꝛ debebat teneri legatarius, tollitur obligatio qua alius debebat teneri legatario ſed in cōditione hoc non eſt.Non enim eſt in obligatione, quod debet dari cauſa conditionis implende.Et hanc q.ponit Cy.C.eo.l.ſi plures.in vltima
2 q.†Facit ad q.ᵃque mihi de facto occurrit,Teſtator duos filios
a inſtituit,ꝛ eos grauauit,quod ſi quis deceſſerit ſine liberis, deueniant in ſuperuiuentem. Demum fecit codicillos per hec verba,conditionem,quā appoſui in teſtamento filijs meis,ſcilicet,ꝙ ſi quis eorū deceſſerit ſine liberis,ꝛc.adimo,ꝛ reuoco:queritur vtrum fideicommiſſum(quod erat inuicem)eſſet ſublatum:Et videtur ꝙ non,qꝛ ſolum conditionem ademit,ergo fideicommiſſum remanet,vt dixi. Contrarium dixi, quia in noſtro vſu loquendi, conditio appellatur totum fideicommiſſum cōditionale.vnde per illa verba, adimo conditionem, intelligitur in totum fideicomiſ. conditionale. Iſto modo loquendi vtitur Imperator in l.j. C.de pactis. Deberet tamen fieri probatio de iſto communi vſu loquendi. Sed in queſtione premiſſa, propter aliud principaliter conſului,Nam duo fratres erant equaliter inſtituti,ꝛ inuicem rogati de reſtituendo ſub conditione, nam ſi intelligeretur adēpta conditio tantum,fideicommiſſum remanet purum.Et ſic hincinde,tantum vnus debet dare alteri quantum recipere. ergo fideicommiſſum eſt nullum,vt ſ.de legat.j.l.ab omnibus.§.ſi a Titio, vltimo reſponſo.

ADDITIO.

a ALEX. ¶Ad q.Singu.queſtio de qua per Barto.in l.j.C.de pact.Adde ꝙ ſi teſtator conditionem quam appoſuit ipſe impleuit,an legatum remaneat purum.Pau.de Caſtr.hic.

LEX LIII.

**SI quis legata.** Clauſula relata ad legata, quibus dies nō eſt appoſita,non refertur ad legatum in tempus certe etatis collatum.hoc dicit.De quo plene in l.talis ſcriptura.ſ.de leg.j.

**§.Duobus.** Conditio dandi pluribus adiecta, diuiditur inter eos.hoc dicit.Dicam j.eod. l.cui fundus.

LEX LIIII.

a **MEuius.** ᵃConditio deſignat nudū miniſteriū
b facti:ꝛ debet īpleri in forma ſpecificaᵇ h.d.Opp.ꝙ iſta conditio,ſi in mari proiecerit, nō debet ſeruari,vt ſ.de conditio.inſtit.l.quidam.Sol. Ibi eſt ſpeciale fauore humane religionis: ſecus in pecunia, vt hic. Opp,j.de ſol.l.ſi ſeruus decē.Gl.dicit,ibi fauore furioſi,ꝛ pupilli,ne perdant.Tu dic ꝙ iuſſus cauſa conditionis dare,debet facere accipientis ſi poteſt, vt in cōtrario, ſecus ſi non poteſt, vt hic Opp.ſ.de cōdi.inſti.l.conditiones.vbi cōditio deriſoria reijcitur Sol.ſi cōditio deriſoria cōtinet turpitudinem, illa non debet ſeruari,vt ibi.Sed ſi eſt deriſoria,hoc eſt,non eſt vtilis, ꝛ tūc loquitur hic.¶Opp.ſ.de leg.j.l.ſeruo alieno.§.fi. Sol. vt ibi,quia ibi in modum diſpoſitionis,hic conditionis.Op.j.de do.cauſa.mor. l.omnibus. Sol. quod hic in fi.dicit capitur,id eſt, accipitur,nō cum effectu. Ita intelligit glo.in d.l.omnib.ꝛ l.quod conditionis, in prin.de do.cauſa.mor.ꝛ ideo fiſcus ab iſto indigno aufert.

ADDITIONES.

a AND.BAR.¶Mevius.Et no.ſing.iſtum text.ſecundum Bal. ꝙ ille qui eſt incapax ex teſtamento.non poteſt capere in vim conditionis,licet ſit gl.ſin.in l.ꝙ conditionis.ff.de donatio.

b ALEX. ¶Forma ſpecifica. Fallit in relictis ad pias cauſas, ꝛ pro libertate,vt per Ro. in l.ſi ita ſtipulatus eſſem abs te.de vb.ob.in fi.ꝛ vide ꝙ per iſtum tex.dicit Bald.in l.ij.ver.occurrit, ꝛc. cum ſeq.C.de iure do.ꝛ non eſt alibi tex.ſecūdum Bald. in l.vnica §.ſin autem aliquid ſub conditione.C.de ca.tollen.vbi videas.

* CLAVD. DE SEISS.¶Iſtud qualiter procedat,ꝛ quando ſufficit impleri per equipollens ex mente diſponentis, vide per Roma.conſi.cccccj.in iij.dub.ꝛ dixi in l.cum filiofamil.ſ.de leg.j.

LEX LV.

1 Conditio appoſita pluribus, diuiditur ex primo teſtamēto. Summa vna ſi eſt adiecta pluribus,tamen propter enumerationem perſonarum,videtur eſſe diuiſa ab ipſo teſtamento.
2 Conditio non diuiditur inter heredes.
3 Conditio poteſtatiua,an poſſit diuidi,ꝛ per heredes impleri.
4 Cōditione cōprehenſum,nō eſt in obligatione,nec hereditarium.
5 Ius implendi conditionem,an tranſeat ad heredes ꝛ tam in vltima voluntate quam in contractibus.

a **CVi fundus.** ᵃDādi cōditioᵇadiecta vni nō
b ſcinditur:ſec⁹ ſi pluribus adijciatur, h.d. Primo,loquitur, quando cōditio adijcitur vni,ꝛ durat vnius.Secundo,quando pluribus. Tertio, quando vni,ꝛ deuenitur ad plures.Secunda ibi,diſſimilis, Tertia ibi
1 eo. Prima pars eſt clara.†No.diligenter quod conditio appoſita pluribus diuiditur ex primo teſtamento; quaſi dicat,non per legem.Et no.ꝙ licet vna ſumma adijciatur pluribus,tamē propter enumerationem perſonarum,videtur eſſe diuiſa ab ipſo teſtatore, non tamen ex verbis teſtamenti,ſicut dicimus in l.nominis ꝛ re §.verbum ex legibus.j.de verb.ſigni. Et hoc dico ne obſtet
2 que dixi in l.re coniuncti.ſ.de leg.iij. ¶Secūdo no.ex tertia parte quod conditio nō diuiditur inter heredes.Ratio,qꝛ ex ipſo teſtamento non diuiditur;per l.xij.tabu.ſimiliter non diuiditur,
c j.dicam. Oppon.ᶜad ſecundam partem,ꝛ videtur quod conditio adiecta pluribus non poſſit ſcindi.l.ſi plures.C.de cond.inſer. ſi ita fuerit.j.de man.teſt.Sol. Ibi loquitur in conditione indiuidua,que cōſiſtit in dando.Item opp.ad fi.extra gl.de l.eadem Cato.j.de ver.obli.vbi conditio, que conſiſtit in facto, diuiditur inter heredes. Solu. Hic loquitur in conditione,que conſiſtit in dando:ibi in ea que conſiſtit in facto diuiduo, ꝛ diuiditur inter heredes.nec dicas,ibi factum conſiſtit in obligatione, non in conditione:qꝛ factum,quod conſiſtit in obligatione,reſpectu ſtipulationis penalis,eſt in conditione.¶Et ex his diſtingue,
3 ditio poteſtatiua poſſit diuidi, ꝛ per partes impleri.aut conditio indiuidua, ꝛ non ſcinditur. Aut eſt diuidua ꝛ tunc implenda ab vno,aut a pluribus.ſi ab vno,non ſcinditur, niſi quando deſijt pro ſolido poſſe impleri,vt j.eo.l.pe. niſi quando legatum ſcinditur inter heredes,l.Plautius. Si vero a pluribus,aut omnibus iniungitur ab initio, cundo reſponſo.Aut peruenit ad plures ex poſt facto, conſiſtit in dādo,ꝛ tūc aut deuenit ad plures ex diſpoſitione teſtatoris,ꝛ ſcindit̃ vt ſ.eo.l.qui heredi.§.ſi duorū.Aut ex accidenti, non ſcindit̃.vt hic. Aut cōſiſtit in faciēdo, tūc ſcinditur, §.Cato.ꝛ no.hoc per doct.in l.pe.C.eo.ꝛ ibi vide.¶Opp. hic,ꝙ ex perſona heredis nō ſcindit̃ ius implende cōditionis, contra.ſ.de leg.j.l.legatarius.Dicit gl.fallit ibi.Tu dic,quod lit,qꝛ illa que ſunt in obligatione,diuiduntur inter heredes per xij.tab. Sunt enim iura hereditaria,vt C.ſi cer. pe.l.j.ꝛ
4 ea que.Sed id,†qđ eſt in cōditione,nō eſt in obligatione, nec hereditariū,ideo nō ſcinditur per legē,ꝛ hic eſt caſus quod menti.Sed l.legatarius,loquitur in eo qđ eſt in obligatione diuiditur, vt ex predictis patet. ¶Ex his colligitur, quare heres tenetur pro parte hereditaria,ꝛ nō in plus, tamē niſi totū ſoluat.non liberatur a pena.l.v.in fi.j.de verb.obl.ꝛ l.in executione eo.titu.Reſpon.quantū ad principalem obligationem tum diuiditur per l.xij.ta.ſed quantū ad penalem eſt in conditione. Opp.hic dicitur,qđ tranſmittitur ad heredes legatarij ius,cauſa conditionis implende.Contra rio,pendente conditione,legatum extinguitur, dit,ꝛ ſ.eo.l.ſub diuerſis.§.fi.ꝛ l.vnic.§.ſin autem Sol.Iac.de Are.dicit,ꝙ ex perſona vnius videtur plures ſibi coniunctos iure coniunctionis.vel ad alios tos iure ſubſtitutionis.Et hoc innuit tex.ibi ꝛ omnis. perſona heredum non videtur ꝙ poſſit procedere, ſibi,ꝛ ſuis heredibus.Ego dico,ꝙ quando legatum ex diſpoſitione teſtatoris,tacita vel expreſſa deuenit ad plures ſcinditur,vt ſ.e.l.qui heredi.§.ſi duorum.Si vero hic ꝛ reliquit ſibi ſuiſq; heredibus,nō eſt quid impediat quin ſcindatur.Pe.dicit,ego intelligo ꝙ heres in cuius perſona debeat impleri conditio,eſt in mora recipiendi.Nam tūc tranſit legatū heredes non impleta conditione,tū debet adhuc impleri. cit Pe.C.e.l.pe.in iij.ſeu.iiij.q.Ray.trāſibat ſicco pede. videt̃ male dictum,preſupponit iſta ſol.ꝙ heredes debēt implere conditionem,ꝙ non videtur verum:qꝛ ſi ſemel obtuli tibi, luiſti recipere,amplius non teneor tibi dare,cum p te ſtet.l.vlt.C. eo.Nec dicat quis ibi eſt ſpeciale fauore libertatis,qꝛ ibidē tenet contrarium,id eſt,contra gl.Preterea.illud ꝙ eſt in contractu,eſt in obligatione;vnde ſtatim facta oblatione ꝛ herede ſtente in mora,legatum eſt purificatū.Ego reſpondeo,qꝛ gl. ſol.l.qui decem,in ſecunda gl.dicit ꝙ l.vl.C.eo.eſt caſus ſpecialis, qđ facta oblatione liberatur.Sed puto verius dictum Pet. vlt.C.e.loquitur in relicto libertatis directe.merito ille ſeruus liber factus ab herede nihil petit, ꝛ heres nihil pōt petere ab eo, cum pro eo,ꝙ erat in conditione non cōpetat actio.Sed in legato alterius rei,vel libertatis fideicōmiſſarie,ſi offero, licet habeatur conditio pro impleta,ꝛ licet dominium ſit apud me,tamen res eſt apud heredē.Unde ſi peto illam rem,per retentionem cōſequitur heres vt impleatur cōditio,ꝛ ita debet intelligi hic.Fateor ergo qđ heres non poterit petere,ſed retinere,donec iſti impleant conditionem.Sic pōt intelligi duobus modis.Primo,quādo tranſit ad plures coniunctos.Alio modo,quādo ad plures heredes
f ꝙ eſt,quando eſt in mora recipiendi.Unde,vtrum ius implendi conditionem tranſeat ad heredem debentis implere

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

vltimis voluntatib⁹. Aut ille, in cuius perſona debet impleri, fuit
in mora, & tranſiret, vt hic: aut non, & non tranſit. & hoc niſi condi-
tio habeat precedentē diſpoſitionē, vt dicam incōtinenti in cōtra
* ctibus.* ¶ Quero vtrū in cōtractibus ius implendi conditionē
tráſeat in heredes. Et ſuper hoc pluries cōſului. Dic plene vt di-
xi in l. ſi decem cum petiero. de verb. oblig. Sed quantū ad pſens
dic, aut cōditio habuit precedētē diſpoſitionē in perſona vnius, &
tranſit ad heredē. l. diem proferre. §. j. ſ. de ar. & l. qui Rome. §. fla
uius. j. de ver. ob. Aut in perſonis diuerſorū, & tūc eſt perinde ac
ſi non haberet precedentem diſpoſitionē. l. fideiuſſor obligari. §. fi.
j. de fideiu. licet gl. aliter ibi dicat. Si vero non habet precedentē
diſpoſitionem tranſit, vt j. eo. l. a teſtatore. ita tenet Pe. & Cy. poſt
eum in l. iij. in pe. queſtio. C. eo. Bal. in l. ſi neceſſarias. §. de vendē
do. ſ. de pig. act. & alle. l. iij. in prin. j. de coll. bo. & l. qui Rome. §. au-
gerius. j. de ver. obl. Ego poſt eos allego pro caſu l. ſi decem cum
petiero. in fi. j. de ver. obl. & ibi dixi. & hoc eſt verum, niſi ille qui de
bebit obligari ex implemento conditionis, aliquid propter hoc
percepit. & eſt caſus in l. ij. C. de pac. inter empto. & ven. in gl. que di
cit, quod ſuperuacuum eſt de herede dictum, & gl. in l. ſi predio. in
d prin. ſ. de in diem. addictio.[d]

ADDITIONES.

a Cui fundus. Pro concordia, aduerte quando Titius tenetur da-
re decē heredi teſtatoris, & ſolū fecerit oblationem Titius nulla fa
cta conſignatione, & diſpoſitione, non dicitur purificata cōditio,
habetur per Bar. in l. iij. ff. de condi. inſt. Contrarius allegatur in
hac l. cui fundus. & in l. cū quidam. C. de cond. in ſer. & l. acceptam.
C. de vſur. Soluit idem Bar. ſi bene inſpiciatur in d. l. iij. ꝙ quādo
oblatio ſit preſenti ſecundum gl. ibidem, procedat ſecunda opi. a-
lias ſi abſenti, vt in prima opi. ſ. relata. Vel aliter ſecundum eum.
Aut diſpoſitio ſit ſolum gratia conditionis implēde, & ille cui ad
impletur, nihil de ſuo perdit, & ad nihil. obligatur, & procedat ſe-
cunda opi. Alias ſi obligaretur, vel ageretur de actione queren-
da, tūc procedat prima, & eo maxime vt in j. ſo. ſi fieret abſenti, put
fuit de mente Bar. vbi ſ. Adde conſi. vij. Alex. in ij. vol. Et ad ma-
teriam per doc. ample. in l. ſemel mora. ſ. ſol. mat.

b ALEX. ¶ Conditio. Et ad intellectum huius l. an, & quando le-
gatum conditionale tranſmittatur, vide Bal. in l. j. C. vt actio ab
herede. in j. col. Tu adde Jmol. in l. plane. §. ſi coniunctim. de le. j.

c ALEX. ¶ Op. & qn̄ cōditio poſſit diuidi, vide melius Bar. in l. ſti
chū qui meus erit. de le. j. & facit ad no. queſt. Bal. in l. ij. in fi. C. de
pact. inter emp. & ad hoc. no. per Bar. vide eum in l. iiij. §. Cato. in
viij. op. de ver. obli. & Cy. in l. ſi plures. in j. q. C. de cond. inſer.

* CLAVD. DE SEISS. ¶ In contractibus. Illud intellige & li
mita, vt dicit ipſe Bar. in l. a teſtatore. j. eo.

d ALEX. ¶ In diem addictio. Vide Bar. in l. a teſtatore. j. eo. & in
l. ſi penum. j. quando di. le. ced.

LEX LVI.

**Queſitum.** Seruus iuſſus preſtare operas, pōt
per ſe operari, niſi ab herede impe-
diatur, tunc enim conditio habetur pro impleta. h. d.

LEX LVIII.

1 ☞ Legatarius ſi efficiatur monachus conditione pendente, an
extinguatur legatum.

a **Intercidit.** [a] Legatario mortuo, vel liberta-
te priuato, conditione pendente
legatum extinguitur: ſecus ſi ſola ciuitate priuetur. h. d.
Opp. media tempora non nocent. l. ſed ſi conditioni. §. ſolemus. ſ.
de he. inſt. Sol. Hec lex gloſſat illam regulam, quia caſus contin-
gens medio tempore non nocet niſi ſit talis, per quē vere adima
tur vel tollatur libertas. Unde ſi damnatus in metallum reſtitua
tur, videtur nouus homo, merito non conſequitur legatum, ar. de
ſol. l. ſi res. §. aream. & l. ſi ſeruus, in fi. de adim. leg. Et per hoc vide
tur, ꝙ ſi legatarius fuerit mortuus. & miraculoſe fuerit reſuſcita-
tus, ꝙ non conſequatur legatum. Oppo. ꝙ deportatus habetur
pro mortuo l. ſi necem. §. ſi deportatus. j. de bo. lib. & de contra ta.
l. j. §. quidam filium. gl. ſoluit. & nihil eſt dicere. Dic ſecundū Dy.
& Jac. de Are. quod in his, quorum dies cedit ipſo manente in de
portatione, habetur pro mortuo, vt in contrario. ſecus in his quo
2 rum dies cederet ipſo reſtituto ita loquitur hic. ¶ † Quero, quid
b ſi fuerit factus monachus,[b] vel conuerſus? Reſpondeo, tunc re-
manet capax, ideo legatum non extinguitur. l. Deo nobis. C. de
epiſ. & clericis.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Intercidit. Adde quod dicit Bal. in l. j. de ſacr. ſan. ec
cle. ꝙ putat hodie hāc legem eſſe correctam, & ad iſtam legem vide
omnino Bal. in l. j. C. de his qui ad li. perue. non poſ.

b ALEX. ¶ Monachus. vide Bar. in l. Statius. §. Cornelius. j.
de iure fiſci. & in l. cum pater. §. hereditatem. de leg. j.

LEX LIX.

a **In facto.** [a] Hic iuriſconſultus ponit diſtinctio
nem ſatis claram. No. ꝙ idem eſt con
ditio dandi, & conditio in facto exiſtens. quia facere, largo
modo comprehendit dare.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ In facto. Vide quod no. Bart. in l. ſi ſtipulatus fuero
te ſiſti. §. j. de verb. obli.

LEX LX.

**Si vir vxori.** Relictum in tempus liberorum, in
telligitur de procreandis poſt te-
ſtamentum, niſi aliud teſtator expreſſerit, h. d.

LEX LXI.

**Sed ſi hoc ſpecialiter.**

1 ☞ Statutū, quod de pretio rei vendite ſoluatur gabella, an intel
ligatur quod deducatur quod eſt expēſuʒ in proxenetis, & ſubha
ſtationibus.

**§. Cuidam.** Tantum quis videtur capere, quantū ſi
bi remanet, deducto eo, ꝙ ſoluerit cauſa
conditionis implende. h. d. Op. ſ. eo. l. Plautius. §. item ſcinditur.
1 Sol. intellige illum §. ſecundum iſtum. Facit ad queſt. † dicit ſtatu
tum, ꝙ de pretio rei vendite ſoluatur gabella ſex den. pro libra. cō
tingit quod aliquis rem vendidit pro cētum, ſed in proxenetis, &
in faciendis ſubſtationibus expendit viginti: hic eſt tex. quod ſo-
lum pro octoginta debet ſolui gabella. Nam pretium debet intel-
ligi nō quantū emptor dat, ſed quātum apud venditorē remanet,
vt dicit tex. forte deberet ſic dici, Aut ſtatutum dicit, ꝙ debet ſol
ui gabella pro pretio quod venditor recepiſſet, & verum eſt ꝙ dixi
ſ. q̄r verum eſt quod non recepit, niſi quantum apud eum rema-
net, vt hic. Aut dicit qđ ſoluatur gabella pro pretio quo vendidiſ
ſet, & tunc pro toto pretio ſoluatur, quia verum eſt quod pro tan
to vendidiſſet, arg. j. tit. j. l. in quartam. §. fi. & quod no. in l. qui fun
a dum. eo ti. Aut dicit, ꝙ ſoluať gabella[a] pro pretio rei ſimpliciter,
& non adijcitur ꝙ recepiſſet, vel quomodo vendidiſſet, & tūc pretiū
intelligitur deducto omni eo quod expenditur cauſa expediende
venditionis. C. de iure delib. l. ſcimus. §. in computatione. & j. ti. j. l.
quātitas. Pro hoc facit generalitas huius legis q̄ dicit ſemp cō
putationem in perſonam venditoris introducendā, reſpectu eius
quod remanet apud venditorem cauſa conditionis implende. In
caſibus autem in quibus minuitur onus in vim conditionis, quo
modo minuatur per Falcidiam, vel aliam quartam heredi debitā,
diſtinxi. ſ. eo. l. Plautius.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Gabella. No. ꝙ ſi ſtatutum dicit ꝙ pro pretio rei ven
dite ſoluatur gabella, venditor recepit centū, ſed expendit vigin
ti, nunquid ſoluat pro cētum. Vide Bar. & ꝙ ibi dixi in l. lex falci
dia. j. ti. j. & quod no. bar. in l. fructus. ſo. ma. & hic per Jmo. qui vi-
detur tenere contra bar. Dixi aliquid poſt Jm. in l. non amplius.
in princ. de leg. j.

a **§. Cum vir.** [a] Conditio que inducit viduitatem in om-
ne tempus, reſpectu omnis perſone, & om-
nis loci ſpernitur: ſecus ſi inducit viduitatem reſpectu certē perſo
ne, vel certi loci, vel tēporis, h. d. cū duabus legibus ſequē. In tex.
ibi, ſi a liberis impuberibus non nupſerit, id eſt, nubendo non de
ceſſerit. Item ibi in fi. iniungeretur. dic, ſcilicet perpetuo, ſed ad
tempus bene iniungitur. Opp. C. de indi. vi. tol. de auth. cui relic
tum. Sol. Hodie corrigitur in vidua, cui poteſt relinqui ſub con-
ditione, ſi non nupſerit; ſecus ſi nō eſſet vidua. Nam iſta iura rema
nent incorrecta.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Cum vir. Hunc tex. alle. bal. in pulchra q. in l. j. in fi. de
le. & in l. fi. in ver. ſed quid ſi. C. de indict. vid. & vide Bar. & gl. in l.
cum tale. in prin. j. eo. & in l. mulieri, & Titio. j. eo. in fi. & limita. fin.
vt per bar. j. e. in l. Titio vſuf. §. j. Et de hac materia vtrum valeat
ſtatutum ſuper hoc diſponens. vide bar. no. C. de muri. in l. ſanci-
mus. li. xj. & An. in conſi. lxxxviij. inci. in Dei nomine ſuper primo
queſito, &c. & Jo. And. in c. ſtatutum. de her. in nouella. adde ſecun
dum. Pau. de Ca. in tex. ibi magis cura liberorum, qđ ſi mater eſt
iuſſa morari cum filijs, ꝙ cenſetur ſibi relicta adminiſtratio perſo
narum, an autē ſit per hoc relicta tutrix dicit hodierno iure Dy.
determinaſſe quod ſic. Tu vide bal. conſi. cccxxix. lib. iiij.

LEX LXII.

1 ☞ Attributum vni duntaxat, ab omnibus alijs remouetur.
2 Indignus matrimonio dicitur ille, cui ſine dedecore nubere quis
non poteſt.

a **Cum ita.** Summaui in precedenti. Not. ꝙ † vni
1 duntaxat attribuitur, ab omnib⁹ alijs
remouetur. Et iſtud habent inducere dictiones excluſiue,
Bart. Secunda ſuper Infort.



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

vt tantum, ſolum, ⁊ duntaxat, Dixi in l. vnic. §. ſi quis ius di. non
a obtem. † Quero, quis dicatur indignus nuptijs alicuius? Text. j. de manu. vin. l. ſi rogatus. §. matrimonij. cum gl. videtur dicere, ꝙ ille, cum quo non poteſt contrahi matrimonium, videtur indign⁹ matrimonio. Veritas, eſt ꝙ ille, cui non poteſt quis ſine dedecore nubere, ſecundum mores ciuitatis, conſiderata qualitate natalium, dicitur indignus matrimonio, vt j. de contratab. l. iij. §. ſi emancipatus filius.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Cum ita. Ad huius legis intellectum, vide quod legitur, ⁊ no. in l. pe. j. qui, ⁊ a quib.

LEX LXIII.

a Hoc modo. [a]Summaui cū precedenti. Not. ꝙ ſi aliquis interdicit actum exerceri in certo loco, videtur interdicere actū ſimpliciter. ſi actus ille commode alibi exerceri non poteſt: quod eſt vtile ad multa. Secundo no. in fi. huius l. legem vtilem Reipu. ad iuuandam interpretatione.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Hoc modo. Et facit ſecundum Ray. quod ſi datus eſt terminus ad dandum ſuſpectos iudices pro conſilio ſapientis, ⁊ vna pars dedit ſuſpectos omnes iudices de ciuitate, ne cauſa committatur, nec extra ciuitatem poſſit cauſa commode committi, ꝙ iſto caſu iſte non ſit audiendus, nec admittendus. Et pro hoc facit l. ſi quis ita, ⁊ l. ſi quis ſub conditione, de cond. inſti, ⁊ l. aliquādo j. eo. quod tene menti, ⁊ ita Dy. Bal. ⁊ Imo.

LEX LXIIII.

a Legato. [a]Morte grauati nō extinguitur legatum conditionale, h. d. Vel aliter. In legatis ſpes conditionalis obligationis paſſiue ad heredem tranſmittitur. h. d. Op. C. de cad. toll. l. vnica. §. ſin autem aliquid ſub conditione. Sol. legatario decedente non tranſit ad heredem, ⁊ ſic actiue: ſecus decedente grauato, vt hic.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Legato. Limita hanc legem niſi eſſet conditio dandi in perſona heredis, ⁊ legatarius fuiſſet in mora, per no. in l. pe. j. eo. ſecundum Imo. hic.

LEX LXV.

Heres. [a]Licet libertas repreſentetur, cōditio fideicommiſſi debet expectari. h. d. Op. C. de his qui a non do. ma. l. fi. vbi qui in vno eſt negligēs in alijs videt negligēs: ita hic, qui in vno fuit liberalis preueniendo, in alio debet eſſe liberalis. Solu. vt dicit gl. in l. iij. in prin. alias l. iiij. §. de ali. in. mut. cau. fac. ⁊ ibi dixi. Ad iſtud op. j. e. l. duos. Sol. vt ibi. Extra gl. op. ꝙ debet repreſentari legatū, l. qui filio. §. ſi quis ſeruū. de he. inſti. Sol. Poſſes dicere: ꝙ hic libertas fuit repreſentata ab herede: ibi a teſtatore: quod non placet per l. ſeruus communis. de her. inſt. Quare dic. ꝙ hic loquitur quando conditio adiecta libertati fuit expreſſe, repetita in legato vt patet in prin. legis. Fuit enim rogatus reſtituere in euentum conditionis: ſed lex contraria loquit quando conditio adiecta libertati, tacite porrigitur ad legatum. Et ſic vides magnum effectum, an cōditio inſit tacite, exprimatur Dixi in l. contraria.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Heres. Qui eſt negligens in vno, an ſit, ſeu videatur negligens in alio, ⁊ vide late no. per Bar. in l. ſi ſeruus. vi bo. rap. in d. l. item ſi res. in prin. de alie. iud. Et ad iſtum text. vide, l. ſi domus. de ſer. vrb. predi.

LEX LXVI.

1 ☞ Cautio Mutiana requirit ſatiſdationem.
2 Poteſtates ſi duo ſunt electi, vnus primo, alius ſecūdo, ſi primus acceptauit, ⁊ non venit, an ſecundus admittatur.

Cum ſub hac. Si deficit cōditio pro qua fuit interpoſita cautio Mutiana, legatum debetur ei, in quem in eum caſum fuit trāſlatum,
1 h. d. † No. ꝙ cautio Mutiana requirit ſatiſdationem, ⁊ ſic cum fideiuſſore, Dixi §. eo. l. Mutiane. Op. ⁊ videtur quod debet caueri ſecundo legatario, cuius intereſt, non heredi. l. is. cui. §. eo. Soluunt quidam, quod hic heres fuit iuſſus dare ſecundo legatario, arg. l. iij. §. ſi quis ita. §. de adi. le. quod non placet, quia hic tex. ſimpliciter dicit, eſſe tranſlatum in ſecundum legatarium, quo caſu in dubio videt eſſe grauatus ipſe legatarius, vt de vſuf. le. l. codicillis. in prin. Quare dic ſuſtinendo precedentē. ſol. ꝙ d. l. codicillis. loquitur quādo in primi legatarij perſona legatum cōſiſtit: ſed hic deficiente conditione, apparet quod legatum nūquam extitit, vt in auth. cui relictum. C. de indi. vidui. tol. vnde hic in dubio videt relictū ab herede. Opp. j. eo. l. Titio fundus ſol. Fateor, ꝙ heres li-
2 beratur cedendo actionē ſi vult. ¶ Vltimo Dy. † ⁊ Iac. de Are. hic formant vnam queſtionem. Duo ſunt electi Poteſtates, ...
primo, alius ſecundo. primus acceptauit, non tñ venit, quia ...
a mortuus eſt: vtrum [a]ſtatim primo acceptante, euanuerit electio ſecundi. Hec lex eſt argu. ꝙ non facit l. Titio fundus, j. eo. Dy. ... net contrarium arg. l. poſt aditam. C. de impu. ⁊ ali. ſubſti. C. ... l. ſi legata. ⁊ §. de adi. le. l. iij. §. ſi quis Titio. Non ob. hec lex, ... l. Titio fundus. q2 hec cōditio nō extitit in perſona primi, ... ficit in perſona ſecūdi: ꝙ patet propter effectum cautionis Mutiane. Facit §. de teſt. tu. l. tutoribus, ita dicit Dy. Sed Ia. de ... diſtinguit. Aut fuit facta electio ſecundi ſub cōditione, ſi primus nō acceptauerit, ⁊ eo acceptāte. deficit electio ſecūdi. Aut fuit facta electio ſecundi, ſi primus nō venerit, ⁊ primo acceptāte, ... ficit electio ſecundi, ⁊ in dubio videt facta ſub cōditione, ſi ... nerit, vt hic, ⁊ l. Titio. j. eo. ⁊ l. tutoribus. de teſt. tu. Nō ob. l. ... aditam. cum ſi. q2 ibi per acceptationē plenum ius queritur ... ptanti. Quod notandū eſt in iſtis officijs, vt plene dixi in l. ... §. de teſt. mil. Et hoc p Cy. in l. poſt aditam. C. de impu. ⁊ al. ...

ADDITIO.

a AND. BAR. ¶ Vtrū. Et vide Bal. in l. poſt aditam. C. de ...

LEX LXVII.

a Si ita legatum. [a]Verbum, q̄d ... futuro, ⁊ in ... timis voluntatibus intelligitur in futuro, ... xi §. eo. l. ſolemus.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Si ita legatum. Et facit ad q. de qua per ... hoc articulo. in prin. de here. inſti. ⁊ hic per Imo.

LEX LXVIII.

Si ita expreſſum. Cōditio, ſi ... legatarius ... ditionale legatum. h. d. De hoc dixi in l. ſi ita ... §. illi ſi volet. de le. j. ⁊ j. eo. l. aliquando.

LEX LXIX.

Duos. Conditio tacita ex teſtamēto proueniens † impedit diem legati cedere quo ad acquiſitionē. h. d. Opp. §. eo. l. heres ſtatuliberum. ... ſoluit. Sol. patebit ex ſolutione ſequentis con... Op. conditio tacita non impedit diem cedere quo ad acquiſitionē, l. ſi poſt diē. §. fi. qñ dies le. ced. ⁊ de re. iu. l. que legata. Sol. ... dies non cedit, niſi a tēpore emancipationis. Nec obſt. ꝙ eſt conditio tacita, quia prouenit ex ipſo teſtamento, non extrinſecus, ... eo. l. conditiones extrinſecus, ⁊ ibi dixi. Et per hoc apparet reſponſum ad precedens contrarium, quia hic extitit conditio legati per emancipationem, ſed in l. heres ſtatuliberum, non extitit per manumiſſionem ſecundum Dy.

1 ☞ Iuſſus teſtatoris ꝙ impleat, ⁊ expediatur, intereſt heredis.
2 Nudum preceptum de non alienando, non valet, quando legatum tranſit ad legatarium ipſo iure.

LEX LXX.

a Titio centum. [a]Modus reſpiciens vtilitatē legatarij intelligitur impulſiuus, ſi vtilitatem tertij, dicitur eſſe finalis, h. d. ⁊ eſt mirabilis lex, ſi quam vidiſtis hoc anno. Ibi enim
1 ſibi, ⁊ pro ſe, ⁊ concor. cum hac l. ij. infi. j. de dona. † Item no. quod
b illud, quod teſtator iubet, intereſt heredis vt impleatur, [b]⁊ expediatur, vt hic dicitur, ⁊ tetigi in l. huiuſmodi in prin. §. de leg. j. ⁊ l. quibus diebus. §. fi. §. eo. Oppo. ⁊ videtur quod ille, cui eſt relictum ſub modo debeat cauere de modo implendo, vt §. eo. l. quibus diebus. §. fi. ⁊ l. ſi tibi. §. de le. iij. Reſpon. illud verum niſi ...
c commodum reſpiciat. Item opp. [c]quod non debet cauere, cum ... ctum preceptum ſit nudum. l. filiuſfami. §. diui. C. de leg. j. ... huius contrarij iſte text. intelligitur duobus modis. Primo, ... ematur illi alumno, ⁊ ꝙ non alienetur per iſtum emptorē, non ... tem alumnus caueat de nō alienando: ſed hunc intellectū non ... gl. paruula. Nam hic intellectus eſſet ſuperuacuus, q2 eo ipſo ... dicit, ꝙ ematur alumno, debet intelligi ꝙ fiat ſuum. l. huiuſmodi in prin. quare intelligo, ꝙ alumnus caueat: Ad contrarium ... deo, ꝙ debet cauere, q2 teſtator voluit ꝙ nō alienaret propter affectionē, quam teſtator habet ad eum. ita dicit gl. Sed licet teſtator habuerit affectionē quare propter hoc prohibetur alienare. ...
2 intelligo ſic, † ꝙ dicit nudum preceptū de non alienando non valet, eſt verum vbi legatum tranſit ad legatarium ipſo iure. Et ita loquitur l. filiuſfa. §. diui. §. de le. j. ⁊ l. pater. §. Iulius Agrippa. §. de le. iij. vbi non tranſiret ipſo iure, ſed debet preſtari de manu heredis, tunc legatarius non debet habere, niſi caueat de non alienando, vt hic. Et videtur caſus in l. iij. §. fi. de condi. inſtit.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Titio centum. Et an modus preſumatur cauſa finalis. vide Bar. in conſi. inci. quidam nomine Vanutius.

ALEX.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

b ALEX. ¶ Vt impleatur. Illud quod teſtator iubet, intereſt he
redis vt impleatur. Facit ca. ſi heredes, de teſt. ⁊ de voto. c. licet. ⁊
quod no. Bar. ⁊ doc. in auth. hoc amplius. C. de fideic. Et per iſtū
dixit no. Bald. ꝙ ſi lego centum eccleſie. vt inde emat fundum. q̄d
illum fundum emptum nunquam poterit vendere eccleſia. Ita di
cit l. fi. C. de pac. inter emp.
c POMA. ¶ Item opp. Et vide Bal. allegantem no. iſtud princ. in
l. fi. C. de pac. inter emp. ⁊ ven.

1 ☞ Teſtator ſi relinquat monaſterio centum, ſi illam receperint
in monialem an monaſterium poſſit conſequi centum, ⁊ illam non
recipere.

a **Titio centum.** [a] Matrimonia debent eſſe libera a
pena damni, nō a pena amiſſionis
lucri, h. d. Opp. ſ. eo. l. cum ita. Sol. intellige, ꝙ poterat Meuiam
in vxorem honeſte ducere. In gl. in ver. inuitari que incipit ſic. j. de
dam. infe. ibi §. merito. Sol. ibi lucrum percipiebatur ex publico
quod non debet auferre priuatus, hic quia percipiebatur a priua
b to teſtatore, merito poteſt auferre eius voluntate. ¶ Et hec lex [b]
1 facit in ar. ad q. † teſtator reliquit monaſterio monialiū centum ſi
c illam [c] ſororem reciperent. Moniales volebant centum, ſed nole
bant in ſororē recipere, ⁊ videtur hic ꝙ non poſſunt habere. Qui
dam magnus doc. conſuluit contrarium, quia inuitare moniales
ad lucra, vt recipiant illam in ſororē. eſt ſimonia. vt in c. non ſatis.
extra de ſimo. ⁊ ideo conſequent legatum, ⁊ reĳcitur illa conditio
tanquam turpis. Non ob. hec l. q2 licet matrimoniū ſit res ſpiri-
tualis, tñ fit ſub ſpe lucri, ꝙ nō reperitur in aliĳs ſpiritualibus;
ſed iſtud non eſt verum, q2 quando conditio de ſe eſt turpis reĳci
tur. ſ. eo. l. obtinnit. de cond. inſti. l. j. ⁊ l. conditiones. ſed quādo cō
ditio eſt de ſe honeſta, vt eſt, aliquam recipere in monialem, ſed ꝙ
ad hoc inuitetur ſpe lucri eſt turpe, ⁊ inhoneſtum: tunc inſtitutio
ſeu legatum, ꝙ ad hoc inuitaret eſt nullum, caſus eſt ſ. de he. inſt.
l. ille autem, ⁊ ibi no. in gl. ſic in ſimili hoc legatum non valet: quod
dic vt dixi in d. l. ille autem. Sed cautela eſt quam ponit gl. in c. nō
ſatis. ſ. allegato, ꝙ teſtator dicat ſi tales moniales receperint talē
in ſororem, eis relinquo centum pro alimentis, ⁊ tunc non videtur
inuitari ad lucrum, nec eſt ſimonia.

ADDITIONES.

a ¶ Titio centū. Pro concordia, aduerte ꝙ pater habens filiā in
ſuo teſtamēto legauit monaſterio centū, ſub hac cōditione ſi mo-
naſteriū ſuſceperit filiā meam in monachā. Bar. in l. ij. C. de inſt.
⁊ ſubſti. dixit ꝙ legatū remanet ⁊ talis cōditio reĳcitur. Cōtrariū
ſ. legatum eſſe nullum allegatur per Bar. in hoc §. j. in l. Titio cen
tum. Tu dic, Bart. in hoc §. j. loquitur in legato, in d. l. ij. loquitur
in heredis inſtitutione. Et ratio diuerſitatis poteſt eſſe vt ſuſti-
neatur teſtamentum in d. l. ij. ꝙ ſi nō ſuſtineretur, profecto corrue
ret tota diſpoſitio. §. ante heredis. Inſtit. de lega. cum ſi. ſed in le-
gato ſecus. Poſſet colligi alia ſolutio per tex. cū gl. in c. nō ſatis. ⁊
ca. veniēs. de ſimo. ex qua gl. ſ. ꝙ valeat legatū vel heredis inſtitu
tio quando monaſteriū erat in tali paupertate, ꝙ aliter illam, ſcili
cet ſororem recipere non poterat quo caſu etiam gl. dicit quod va
let etiam pactum de inſtituendo. Et ita loquitur Bar. in d. l. ij. In
diuite autem monaſterio loquitur in hoc §. eodem modo reſpōde
tur ad Bar. in l. vxorem. §. heres. ff. de le. iij. q2 ibi eſt caſus contra
rius, ſcilicet ſi non receperint in monacham, procedat legatū. Et
ſimiliter reſpondetur ad ea que habent in l. j. ij. ⁊ de his q̄ pe. no.
b AND. BAR. ¶ Et hec lex. Et vide Bal. in l. j. C. de inſt. ⁊ ſubſt.
c ALEX. ¶ Moniales volebāt. Vide Bar. in l. ij. C. de inſti. ⁊ ſub.
⁊ adde ad intellectum huius tex. que no. Bar. in l. cū donationis.
C. de tranſacti. Item de materia per Bal. in l. ſi quenquā. de epiſ.
⁊ cle. ⁊ in l. j. C. de his que pe. nom. ꝙ no. xxxij. q. ij. nō omnis. ⁊ bal.
in l. Titia in fi. prin. de ver. oblig. ⁊ Bal. in l. j. C. de inſti. ⁊ ſubſtit.
Quid autem ſi relinquitur tali, ſi monaſterium intrauerit, vide
Bar. in conſi. inci. Domina Nuta. ⁊c. ⁊ Bal. in d. l. j. de inſt. ⁊ ſub.
Et ad materiam vide Bal. in c. fi. de ſponſ. in vlt. col. ſed Imo. in c.
ij. de ſimon. tenet contra Bar. pro quo vide caſum in c. quoniam.
eo. ti. ⁊ moder. late in l. Titia. ſo. ma. Et hanc queſtio. vidi de facto,
⁊ fuiſſe contra Bar. iudicatum Bononie, ⁊ hec dicta intellige, vt
hic per Imol. adde Paul. de Ca. hic, qui Bartolum reprehendit
in dicto conſilio.

1 ☞ Locatio perpetua operarum, an valeat.
2 Promiſſio de ſtando ſemper in certo loco. an valeat.
3 Statutum de carcerando aliquem pro debito valet.
4 Domicilium vt quis ſtet in certo loco poteſt conſtitui: ſi eſt in cō
modum alicuius.

**§. Titio centum relicta.** Conditio vel mo
dus per quem li
bertas infringitur, non ſeruatur preterquā in libertis. h. d. Opp.
C. de ope. li. de l. pe. in fi. Gl. ſoluit tribus modis, prima ſol. eſt di-
uinatio: ſecunda eſt vera: tertia eſt falſa. Per ſecundum exemplū
a poſitum in hoc §. Dy. dicit ꝙ hic §. facit pro eo, [a] qui locauit ope
ras ſuas in perpetuum. Item pro eo qui promiſit ſtare certo tem
pore in ciuitate aliqua. Item, ꝙ non valeāt ſtatuta de homine car
1 cerando pro debito Dy. non dicit plus, ſed prima q. † tangitur p
gl. in l. iij. de vſufr. leg. ⁊ in l. antiquitas. C. de vſufr. ⁊ tractatur in
2 l. ſtipulationes non diuiduntur. de ver. obl. in ij. queſt. Sed † videt
ꝙ non. per hanc l. Sed non video quare non valeant ſi reſpiciant
commodum alicuius, vt patet in toto ti. locati. Ad id quod dicit,
ꝙ infringitur libertas, reſp. ꝙ ſoluendo intereſſe liberatur. In ter
3 tia queſtio. † reperio Dy. allegando, ſatis extenſe dixiſſe: Et ego di
b co, ꝙ ſtatutum valet [b], ſi eſt factum a ciuitate, que habebat merū
⁊ miſtum imperium. Et probo ꝙ de iure communi poteſt quis.
pro debito carcerari. l. j. C. qui bo. cede. poſ. ergo poteſt per ſtatu-
ta, que ſunt de iure ciuili. Ad ar. Dy. reſp. nam dicit ipſe, illud ꝙ
non poteſt fieri per pactum, non poteſt fieri per legem, vt no. C. de
decre. decu. ſuper rub. ⁊ l. non impoſſibile, de pac. Sed per pactū
non poteſt infringi libertas alicuius. l. nec ſi volens, ⁊ l. interroga
tam. C. de li. cauſa, ergo nec per legem. Reſp. ⁊ dico. ꝙ hoc ſcilicet.
quod non poteſt fieri per pactum, nec poteſt per ſtatutum, nō
eſt verum, niſi in his, que ſunt contra bonos mores: alias ſecus.
vt no. in l. nec ex pretorio. ⁊ l. neque pignus. §. priuatorum. de reg.
iu. Secunda ratio eſt iſta, hominem carcerari. eſt cōtra bonos mo
res, ⁊ contra ius. l. ſuccurritur. ⁊ l. ſeq. ſ. ex qui cau. ⁊ l. qui in carce-
rem. q̄d met. cauſ. ⁊ l. j. ⁊ ij. de li. ho. exhi. ⁊ l. ob es. C. de acti. ⁊ oblig.
Sed reſp. aliquē carcerari a priuato eſt contra bonos mores, ſed
authoritate publica non eſt contra bonos mores. l. j. C. qui bo. ce
poſ. Tertia ratio eſt, non eſt dubium. quod ſtatutū habet autho-
ritatem ab omnibus: ſed nullus homo eſt dominus mēbrorū ſuo
rum. l. liber homo. ſ. ad le. Aqui. ergo homines hoc facere nō poſ-
ſunt. Sed dic, quod populus habet iuriſdictionē in quemlibet ho
minem, licet priuatus, ſimpliciter non. Item quarta erat ratio. q2
diſpoſitio teſtatoris eſt lex, vt in auth. de nup. §. diſponat. ſed per
teſtatorem non poteſt fieri: ergo, ⁊c. Reſp. per teſtatorem non pōt
fieri in eo in quo nō habet ius. ſed in perſonis in quas habet ius,
poteſt vt hic; ergo ⁊ populus poteſt in ſuos ſubditos, in alios
non. vt hic, ⁊ ſic hunc §. retorqueo contra Dy. qui allegat ipſum
4 pro ſe. ¶ † Vltimo no. quod non poteſt alicui cōſtitui domiciliū, [c]
c vt in certo loco habitet, ⁊ hoc eſt verum, niſi ſit in commodum
alicuius; ſicut ſi dico, relinquo vxori mee, quod ad ſteterit cum
filiĳs ſuis, ⁊ ſic hic poſſet legari, donec habitauerit in tali loco cū
tali: nam in fauorem illius videtur hoc dictum. l. qui concubinā:
§. vxori. de le. iij. Vel dic vt ibi plene no.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Facit pro eo. Adde gl. ⁊ Bal. in l. poſt certi. C. de li. cau.
Bart. in l. antiquitas. C. de vſu. ⁊ l. ſtipulationes non diuiduntur.
in fi. de ver. ob. ⁊ adde gl. de eo qui locauit operas in l. iij. §. conſti
tuitur. ſ. de vſufruc.
b ALEX. ¶ Statutū valet Adde que no. Bar. in l. glia. §. j. ſo. mat.
⁊ que no. inſti. de act. §. fi. in vl. q. Bal. ⁊ Imo. in l. nemo. in prin. de
le. j. facit q̄d no. Bar. in l. iij. §. tutores qui. ſ. de ſuſp. tu. ⁊ tene mēti
ad limitationem omnium ſupradictorum. que dicit Ang. ⁊ Imo.
in l. ſi ſic. in prin. de le. j. refert ſe cōſuluiſſe quod ſi ſtatuto cauetur
quod propter inſtrumentum guarentigiatū capiatur aliquis ad
meram voluntatem creditoris, ꝙ poterit incipi a captura abſque
citatione. oſtenſo inſtrumento, per d. l. ſi ſic. in prin. iuncta l. cū qui
dam. de le. ij. Et ꝙ tale ſtatutum valeat, adde Alex. in conſi. clxv.
co. j. prin. in v. vol. vbi dicit quod ita communiter tenetur, ⁊ idem
Mar. in ru. de dila. c. iij. queſtione iij.
c ALEX. ¶ Conſtitui domicilium. Contra hoc videtur tex. expreſ-
ſus recte conſideranti, in l. Iulianus. §. eū quoque. ſ. ex quib. cau.
ma. ⁊ quod ibi bart.
* CLAV. DE SEISS. ¶ Adde vnum caſum quem ponit Rom.
in l. ſtipulationes non diuiduntur. j. de ver. obli. vbi dicit. ꝙ inter
virum ⁊ vxorem valeret tale pactum de habitatione perpetua in
certo loco ⁊ per iſtum in fi. dum loquitur de liberto. ⁊ alle. but. in
c. j. qui matri. accu. poſ. vide Pano. ibi.

1 ☞ Legatum dotis dicitur conditionale.
2 Dictio ſed. pro quando.
3 Legatum factum pro dote eſt etiam cōditionale. niſi ex coniectu-
ris aliter appareat, vel ex communi vſu loquendi.
4 Legatum factum pro dote a patre quando dicatur purum.
5 Filia cui pater reliquit centum pro dote; an ſtante ſtatuto, quod fi
lia dotata non ſuccedat, nec poſſit contra teſtamentum patris ali
quid dicere, poterit ſtatim petere legatum.
Filia cui eſt conſtituta dos. dicitur dotata.

6 Legitima an poſſit tolli vel minui per ſtatutum, ⁊ an dos ſucce-
dat loco legitime.
7 Legatum factum pro dote, an ⁊ quando peti poſſit.
8 Filia pro qua in ingreſſu monaſterij pater aliquid obtulit mona
erio, dicitur dotata.

§. Titio genero. Diuiditur hic §. in ſex partes.
Primo, ponitur cui competat
petitio. Secũdo, cui debeat, vel poſſit fieri ſolutio. Tertio, quid ſi
matrimonium non contrahatur. Quarto, an quando ſoluitur cõ
ſtante matrimonio debeat aliqua cautio recipi. Quinto, quid ſi an
te matrimoniũ dos ſoluatur. Sexto, quid ſi maritus a cauſa ceci-
derit. Secũda ibi, ſi poſt. Tertia ibi ante nuptias. Quarta ibi. Sa
binus. Quinta ibi, ſed cuꝫ ante nuptias. Sexta ibi, ꝙ ſi maritus.
⁊ habeo hunc tex. ſatis pro difficili. Op. ⁊ videtur ꝙ ſola mulier
poſſit petere. l. ſeruo legato. §. ſi teſtator. ſ. de le. j. ⁊ l. fideicõmiſſa.
§. interdum. ſ. de le. iij. Sol. de ſtricto iure, ſola mulier petit vt ibi:
1 ſed de equitate vterque vtriqꝫ enĩ proficit, vt hic. ¶ Ad ver. †ſed
cũ ante nuptias. opp. nam legatum dotis non eſt purũ, imo condi
tionale, l. ſtipulationem. ⁊ l. promittendo, de iur. do. ⁊ l. in rebus. co
ti. ⁊ l. iteꝫ quia. de pac. Gl. dicit aliud in legato, aliud in ſtipulatio
ne. ¶ Vel aliter aliud in muliere promittente, vt in cõtrario, aliud
in extraneo promittente, ſeu legante, vt hic. Sed hec ſol. eſt cõtra
caſum l. promittendo, in prin. ⁊ l. ſi ego. in prin. de iu. do. ⁊ l. ſi extra
neus. ſ. de cond. ob cau. ⁊ ſic remanet prima ſol. quia aliud in lega
a to. aliud in ſtipulatione. Sed probo, [a] quod legatum ſit conditio-
nale, vt hac lege: quia aut dices, quod relictum ſit ſub modo, ⁊ ſic
legatum purũ ſit. licet ſub modo, vt videtur dicere hic ver. ſed cum
ante nuptias. ⁊ eſt falſum, q2 quocũque modo deficit modus, etiã
per caſum. facit legatariũ admitti. l. ſi funduꝫ per fideicommiſſuꝫ.
§. j. alias l. ſi Titio. ſ. de leg. j. ⁊ l. pater. §. Tuſculanus. ſ. de leg. iij.
Sed hic dicit. ꝙ remanet penes heredẽ, altero deficiente ante nu-
ptias. ergo eſt conditio. ſecundum quod no. ſ. eo. l. in teſtamento.
Sed ſi dicis, quod eſt conditio. dicis cõtra tex. quia dicit. ꝙ eſt pu
rum. Dy. dicit ꝙ eſt verum, ꝙ eſt purum: ſed relictum contempla-
tione certe cauſe finalis, ⁊ ideo deficiente cauſa deficit relictum.
l. alumne. §. Seia liberta ab heredibus. ſ. de adi. leg. ita dicit Dy.
Hoc eſt falſum per tex. in l. ſi fundũ per fideicõmiſſum. §. j. ſ. de le. j.
vbi dicit, ꝙ reſpiciebat cõmodũ alterius. ⁊ ſic eſt cauſa finalis. vt
ſ. e. l. in prin. ⁊ tamẽ ibi admittit legatarius. Pe. dicit eſſe idem in
modo ꝙ in condictione, ſed ipſe dicit contra l. ſi fundum. preallega
tã. ⁊ l. pater. §. Tuſculanus. ſ. de le. iij. Dicit Ray. ꝙ hic loquitur,
in modo, qui coheret legato. de neceſſitate. vt matrimonium: ſed in
contrario non coherebat de neceſſitate. Hoc eſt falſum, quia hic
non coheret de neceſſitate ipſi legata. ſed ipſi modo ſic. Nã fateor
ꝙ dos concludat matrimoniũ de neceſſitate: ſed ſi legata ſunt cen
tum matrimonium non coheret legato ſed ipſi modo. Quare cre-
do, ꝙ iſtud legatum ſit conditionale. Et primo, probo per omnes
leges, que dicunt quod ſtipulatio dotis eſt conditionalis, arg. de
contractibus ad vltimas volũtates. vt ſ. eo. l. iure. Secũdo, probo
per hunc tex. qui concludit de neceſſitate. Dicit enĩ ante nuptias
Titio, vel muliere defunctis. legatum apud heredem remanet, ⁊c.
quia ſi eſſet modus non remaneret apud heredes. Tertio, probo p
caſum auth. niſi rogati. C. ad Treb. ⁊ in corpore vnde ſumitur. de
ſanc. epi. §. ſed ⁊ hoc preſenti. vbi eſt tex. expreſſus, licet glo. ibi ali-
ter ſentiat ⁊ male. nam gl. dicit. ꝙ eſt modus quando relinquitur
cauſa dotis, non conditio. Sed illa gl. ibi reprehenditur per Iac.
de Bel. ⁊ de neceſſitate male dicit, nam tex. dicit donatas aut reli-
ctas. ſed in donatiõe cum ſit contractus non eſt dubiũ. ꝙ eſt cõdi
tio: ergo ⁊ in legato, vt vtrũqꝫ pariter determinet. l. iam hoc iure. ſ.
de vulg. ⁊ pup. ⁊ ꝙ hoc ſit cõditionale, videtur tenere gl. ſ. e. l. in te-
ſtamẽto. Et ad hũc ver. ſed cum ante nuptias. Reſp. quod hic mu
2 tat caſum, ⁊ debet †exponi, ſed cũ, pro, quãdo. hoc modo, ſed quan
do ante nuptias, q2 purum legatũ eſt peti poteſt, quod eſt quãdo
expreſſe per coniecturas teſtator voluit: ⁊ ad hoc dicẽdum cogit
iſte tex. ex eo qđ dicit. de pecunia reddẽda mulieri: ſed ſi caſus non
mutaretur, preſtaretur heredi ſi matrimonium non contraheret,
per mortem mulieris, vel alio modo. ipſi heredi redderet, vt in ver.
ante nuptias. ⁊ ſi contraheret, nõ eſſet neceſſaria cautio, vt in ver.
Sabinus, ex hoc inſurgit effectus. ꝙ ſi eſt cõditionale nõ trãſmit
titur ad heredes, nec interim põt peti: ⁊ predicta vera ſunt quan-
do relinquitur pro dote reſpectu matrimonij contrahendi cũ cer-
b ta perſona: ita loquit hic. ¶ Sed quero, [b] †quid ſi ſimpliciter relin
3 quit pro dote. an ſit purum. Quidam diſputando tenuerũt ꝙ ſic,
quia iſta cauſa reſpicit fauorẽ ipſius legatarij, ergo. ⁊c. vt ſ. ea. l. in
prin. Preterea, non reperitur qđ dictio pro, faciat conſtitutionẽ.
Preterea, ego video. ꝙ licet ſit cauſa fauorabilis ⁊ pia, legatũ eſt
purum quando reſpicit commodum legatarij, vt ſi legetur fundꝰ
ad alimenta, vt ſ. de ali. ⁊ cib. leg. l. iiij. Sed contrarium puto eſſe ve
rum. ſ. quod ſit relictum conditionale, primo per caſum l. a Titio.
de ver. obl. ⁊ l. ſi ego. in prin. ſ. de iure do. licet gl. ibi videatur [illegible]
re, quia alias donaturus non erat. Sed iſtud eſt diuinare. Pre[illegible]
rea, in dubio preſumitur alias nolle donare, niſi mulier hoc p[illegible]
bet. l. ſi extraneus. de cond. ob cau. Preterea, quod ſit conditio[illegible]
le probatur in auth. de ſan. epiſ. §. ſed ⁊ hoc preſenti. vbi fuit [illegible]
vel relictum cauſa dotis ſimpliciter. licet glo. ibi aliter intelli[illegible]
ſed non bene, vt ſ. dixi. Porro, iſta verba. pro dote. vel cauſa do[illegible]
non inducunt cauſam legati prout cauſa aſſumitur in iſta m[illegible]
ria. nam cauſa eſt de preterito, iſta vero eſt de futuro, vt di[illegible]
l. demon. §. quod autem. Itẽ non inducũt modum. nam per mo[illegible]
aggrauat ille cui ſub modo relinquitur, vt dixi ſ. eo. l. quibus[illegible]
bus. §. Termilius ſed per hoc nõ aggrauatur mulier cui re[illegible]
tur, imo honoratur. quia inuitatur ad nuptias. ſ. ead. l. §. j. [illegible]
ibi dicat. ꝙ ſit modus. ⁊ ſit grauamen. illud eſt, ideo quia gra[illegible]
de certa perſona quod eſt onus: ſecus ſi de incerta, q2 tunc e[illegible]
nor: quod patet, q2 contrarium eſt turpe, vt ſ. e. l. cum ita. [illegible]
terea. pro hoc videtur caſus. ſ. eo. l. publius. in prin. vbi qu[illegible]
aliquid relinquitur in honorem eſt conditionale, licet comm[illegible]
eius cui relinquitur contineat. Non ob. in auth. de ſan. epiſ. [illegible]
⁊ hoc preſenti. vbi dicitur, quod talis conditio remittitur [illegible]
grauoſa: quia illud eſt verum, quando vult tranſire ad [illegible]
ctiorem, ⁊ profiteri continentiam: ſed remanere in ſeculo [illegible]
eſt honor, vt j. ad Treb. l. mulier. §. cum proponeretur. [illegible]
ergo quod relictum pro dote, vel dotis nomine eſt [illegible]
⁊ requirit quod matrimonium contrahatur, cum do[illegible]
monio eſſe non poſſit vt dictum eſt in precedentibus. [illegible]
quod dicitur quod reſpicit fauorem legatarij tantum. [illegible]
fauorem alterius incerte perſone. ſ. viri futuri, ⁊ etiam reip[illegible]
ſ. ſol. mat. l. j. ⁊ ex predictis apparet reſponſum ad alia contr[illegible]
Predicta vera ſunt, niſi expreſſe appareret, vel per coniectur[illegible]
quod ille qui relinquit pro dote, vel dotis nomine. voluit le[illegible]
eſſe purum, vt hic in ver. ſed cum ante nup. exemplum quando [illegible]
ſtat. quod alias daturus erat, vt d. l. ſi extraneus, de cond. ob ca[illegible]
Item ſi ponamus, quod communis vſus loquendi in ciuitate [illegible]
quod dos intelligatur patrimonium mulieris etiam non nupte [illegible]
cunt enim quidam de patrimonio puelle, vidue, vel alias contin[illegible]
tis iſta habet bonam dotem. vel iſta eſt dos talis. tunc enim ta[illegible]
verbum prolatum, a teſtatore intelligeretur ſecundum commun[illegible]
vſum loquendi. l. cum de lanionis. §. aſinam. ſ. de fun. inſtru. [illegible]
e conuerſo dicitur dos inſtrumentum fundi. vt ſ. de fun. inſt. l. [illegible]
4 j. de fideiuſ. l. amiſſi. §. pe. Item †predicta vera ſunt in extraneo le-
gante pro dote, vel dotis nomine: ſed in patre ſi quid legat nomi-
ne dotis contemplatione certi matrimonij idem eſt dicendum [illegible]
c facit conditionem. vt hoc. §. Si vero legat ſimpliciter pro dote. [illegible]
quidem alias filie relinqueret legitimam tunc idem eſt quod in ex-
traneo, quia eadem eſt ratio per ea que dicta ſunt. Sed ſi alias le-
gitimam nõ relinqueret. tunc de iure dico legatum factum pro do-
te purum eſſe. Naꝫ conſtat ꝙ pater erat alias [illegible]
hoc tenebatur. cũ alias teſtamentum non valeret [illegible]
dam monitio. vt filia inde ſe nubat, quam ſit grauam[illegible]
hanc autem. ſ. de tu. facit d. l. ſi extraneus, in prin. de cond. [illegible]
⁊ ideo puto quod non remoueatur inde grauamen, per l. quoniam
in prioribus. C. de inof. teſt. ſꝫ magis ab initio non intelligatur [illegible]
preſumpta voluntate defuncti, ⁊ intelligitur hoc tam in ea qu[illegible]
titate que eſt vſque ad legitimam, quam in ea que excedit, ne [illegible]
legatum diuerſimode intelligatur. l. iam hoc iure. de vulg. ⁊ p[illegible]
l. eum qui edes. de vſuc. ⁊ predicta vera ſunt ſecundum iu[illegible]
5 ne. ¶ †Quero ſtatutũ [d] eſt hic, ⁊ in pluribus ciuitatibus Ita[illegible]
d filia dotata a patre non ſuccedat, [e] nec poſſit aliquid dicere c[illegible]
e tra teſtamentũ patris: modo cuidam filie pupille pater legau[illegible]
tum [f] pro dote ſua. queritur an ea poſſit petere ſtatim, an expe[illegible]
tempore legitimo. Reſp. antequam ad ſolutionem huius dub[illegible]
niam, multa ſunt videnda. Primo quando dicatur filia dotata [illegible]
pater eam maritaſſet, ⁊ ei dotem dediſſet. ſine dubio eſſet dota[illegible]
ſed qñ pater ei aſſignauit dotem in teſtamento, tunc videtur [illegible]
non ſit dotata, quia dos ſine matrimonio eſſe non poteſt. vt C. [illegible]
don. ante nup. l. fi. Preterea, ſicut non poteſt dici nupta ante ma-
trimonium. vt j. quando dies le. ce. l. qđ pupille. ita non poteſt [illegible]
ci dotata. In contrarium qđ iſta dicatur dotata. ſi pater ei in te-
ſtamento aſſignauit dotem, ar. ſ. de ritu nu. l. non eſt matrimon[illegible]
vt j. de adul. l. qui pupillam. in prin. Et hoc videtur tenere gl. [illegible]
admi. tu. l. cum plures §. pe. Preterea, illa verba ſtatuti. filia do-
ta a patre, ⁊c. intelliguntur. hoc eſt filia, in qua pater actum do[illegible]
di exercuit, quantum in eo fuit. l. mulier. §. fi. ſ. de cond. inſti. ⁊ l. [illegible]
chus ſi here. de ſta. li. ſed hoc fecit in propoſito aſſignando dote[illegible]
* in teſtamento: ergo, ⁊c. Et per hoc patet reſponſio * ad contraria.
6 ¶ Secundo eſt videndũ, †an dos ſuccedat in locum legitime, ita
quod ab ea remoueatur omnis dilatio. Reſp. do. Richa. diſputa-
uit. ⁊ Cy. refert C. de nupt. l. ſancimus. ⁊ dicit, qđ legitima per ſta-
f tutum [f] poteſt minui, nõ tamẽ poteſt in totum tolli, cum legitima
ſucced[illegible]

ſuccedat in locũm alimentorum, ⁊ ideo hãc dotem dicit ſuccedere in locuꝫ legitime, ⁊ quod ſtatim poſſit peti, cum inde debet alimẽtari, ita quod ab ea debet ſubduci omnis dilatio: ſed hec omnia reprobat Cy. in d. l. ſancimus. ⁊ puto quod bene dicat: hoc non examino, dico tamen quod poſito, quod ſit vera opi. Richa. quod legitima poteſt minui, ⁊ non tolli, tñ adhuc idem eſſet. Si ergo põt minui in quantitate ergo ⁊ in tempore, vt ante tempus legitimuꝫ
* non poſſit peti, vt Inſti. de actio. §. plus. * Ad queſtio. propoſitã dico, cum ex forma ſtatuti pater non teneatur dare legitimaꝫ pure, quod tale relictum pro dote ſit conditionale, prout ſ. dictũ eſt in extraneo. Predicta vera, niſi ex communi vſu loquendi, vel ex a
7 liis preſumptionibus aliud appareat. ¶ † Quero an tempus petendi ſit dies nuptiaruꝫ, vti dies etatis nubilis. Reſpõdeo, ſi quidem tale relictum ſub tali conditione ſit factum maiori, intelligo de die feſtiuitatis nuptiarũ, l. ſancimus. C. de nup. ⁊ intelligo feſtiuitatẽ nuptiarũ, quando matrimonium cõtrahitur per verba de preſenti, poſito ꝙ ad domum viri non ſit ducta vxor, vt ſ. eo. l. cuꝫ fuerit. ⁊ ibi no. ⁊ ibi dixi. Si vero relinquitur minori tũc requirũt duo ſcilicet, quod perueniat ad adultam etatẽ, ⁊ quod nuptie cõtrahantur, vt ſ. eo. l. hec conditio. ⁊ j. quando dies leg. ced. l. quod
* pupille * Et predicta vera ſunt, quando relinquitur pro dote, vel in tempus nuptiarum, vt dictum eſt. Sed ſi relinquitur mulieri pro ſe maritanda, vel ad maritandum ſe, tunc ſi relinqueretur pupille idem eſt, quia non poſſet peti ante tempus legitime etatis: naꝫ requiritur, quod cauſa propter quaꝫ relinquitur inſtet. l. nec ſemel. §. ſi inhabitatione. j. quando dies le. ced. dixi ſ. de le. ij. l. antepe. §. j. ſed ſi ad etatem nubilem mulier peruenerit, tũc poterit petere p̃ſtita cautione de nubẽdo. Non enim hic requiritur, quod nuptie
g contrahantur: nam ante contractum nuptiarum multe expenſe[g] neceſſarie poſſunt fieri pro ea maritãda, vt in nupt. ⁊ ſimilibus. ⁊ ſic nõ habet iſtud legatum in ſe conditionẽ matrimonij. Sufficit enim, ꝙ expendatur pro ea maritanda. licet non maritetur, ⁊ hoc
8 ver. ſig. demon. facit qđ dixi. ſ. de le. ij. l. Lucius. §. j. in fi. ¶ † Que-
h ro. quid[h] ſi pater pro filia que intrauit monaſterium aliquid obtulit monaſterio, an videatur mulier dotata. Puto quod ſic, nam in vulgari illud quod offertur vocatur dos mulieris, ergo, ⁊c. l. vt Alphenus. ⁊ l. in vulgari, de ver. ſig.

ADDITIONES.

a POMA. ¶ Sed probo. Et vide Lu. Ro. in conſ. cxxxij. vbi cõſuluit, ſi ſtatutum dicit quod pater poteſt filiam legitima priuare, ꝙ non tenetur eam dotare. ⁊ in conſi. cclxxx. inci. libertus legauit, an legatum dotis debeatur incontinenti. ⁊ in conſi. ccxxxij. inci. ſuper q. qua queritur. vbi pulchre loquitur.

b AND. BAR. ¶ Sed quero, Et ad omnia que hic dicuntur, vide Bal. in l. generaliter. C. de epi. ⁊ cle. ⁊ Pet. in conſi. cxxij. ⁊ in conſ. cccxiiij. Et vide Bal. in l. qm̃ in prioribus. C. de inof. teſ. Et audiui allegari Bal. in l. itẽ quia. ff. de pac. ⁊ in l. ſi pater. C. de inſti. ⁊ ſub. Bar. in l. quibus. §. termilius. ſ. eo. Bal. in l. filia legatorum. C. de le. Bal. in l. maximum vitium. C. de li. pret. Cy. Bal. ⁊ Sal. in l. ſancimus. C. de nuptijs. Ang. in ſua queſt. inci. ſtatuto piſtorij. ⁊ in q. inci. in ſacro Ceſaris conſiſtorio. ⁊ vide Bar. in conſi. incip. querit de legatis factis filiabus pro dotibus quãdo peti debeant. ⁊ cõſ. cxxix. incipi. Martinus legauit filie ſuo dotem ſtante ſtatuto ꝙ ſit dote contenta, ſi incontinenti poteſt illam petere. ⁊ vide Bar. conſi. inci. in queſtione propoſita. vbi conſuluit. quod ſi pater relinquit dotem filie arbitrandam a Titio, quod non eſt conditionale. Et vide Lu. Ro. in conſ. cxxxij. ⁊ vide Bar. in cõſi. cxx. inc. lator preſentis ſchedule, ⁊ in conſi. ſuo. cc. inci. queritur de leg.

c POMA. ¶ Legat ſimpliciter pro dote. Item tenet Anch. conſi. ccxxiiij. incip. iſta omnia. vide Alex. in l. ſi pater. in j. col. C. de inſti. ſubſti. Ro. conſi. xv. in ij. dubio. ⁊ ſeq.

d POMA. ¶ Quero ſtatutum eſt. Hoc vult Alex. conſi. clj. inci. viſo themate ſuprascripto. in ij. vo. in conſi. xv. inc. circa primum dubium. in iij. vol. Lu. conſi. xlvj. Panor. conſ. xxxij. in ij. vol. vbi ponit. etiam de ſeq. queſtio. ⁊ Bar. conſi. xl. ⁊ conſi. cxciij. Rom. conſi. cxxxiij. in j. col. Card. conſi. lx. in vlt. col.

AND. BARB. ¶ Et vide Bar. in l. non ſine. C. de bo. que li. Pe. conſi. clx. Bar. in l. qui pupillam. j. de adul. ⁊ in l. cum plures. §. fi. ff. de adminiſt. tut. ⁊ in l. voluntas. C. de fideicom. Pe. in conſi. clx.

e ¶ Dotata non ſuccedat. Adde quod Pau. de Ca. dicit ꝙ Bart. in hac deciſione fuit ſibi contrarius, quia vult quod legatum ſit conditionale, ⁊ ꝙ propter illud legatũ dicatur dotata, ⁊ ſit excluſa a ſtatuto, nam ſi eſt conditionale non eſt dotata, antequam eueniat conditio, ſi ergo non excluditur, ⁊ per conſequens ſibi debet legitima que videtur pure relinquenda: vnde dicit ipſe ꝙ aut ſtatutum dicit ꝙ extante maſculo femina nõ ſuccedat ſed debeat dotari, ⁊ procedat opi. Bar. Si autẽ loquatur vt Bar. dicit, ipſe verum non dicit, quia imo relictum eſt purũ, alias non diceretur dotata, ⁊ ſic non eſſet excluſa a ſtatuto, ⁊ poſſet peti, ⁊ ad heredẽ trãſmitti. ⁊ dicit hanc diſtinctionem menti tenendam, quia nullus facit, de quo vide Pet. de Ancha. conſi. cxxxij. cccxiiij. Abb. conſi. xcij. li. ij. Ro. cxxxiiij. Bal. conſi. ccvij. li. iij. ⁊ cccclxxxj. ⁊ clxv. li. iiij. Pau. de. Ca. conſi. ccxxxij. ⁊ ccxxxv, ⁊ conſi. lxxviij. vbi etiam tractãt illud ꝙ vltra dotem legatur an ſit purum, vel conditionale. Et vide Soci. in conſi. cxl. Ang. in cõſi. xcij. Pet. de Anch. in conſi. clxxvij. inci. Pro veritate premittendum.

* CLAV. DE SEISS. ¶ Patet reſponſio. Adde Alexan. conſi. xiij. in ij. dub. vol. ij.

f ¶ Per ſtatutum. Adde de hoc an legitima poſſit tolli, vel minui per ſtatutum. ⁊ vide nouiſ. in repe. auth. nouiſſima. C. de inofi. teſt. ⁊ Alex. in ſua diſput. inci. Sigiſimondum, in iiij. dub. ⁊ conſi. xxij. in j. vol. Abb. in conſi. lxiiij. ⁊ lxvij. in j. vol. Et adde ꝙ Car. in conſ. ij. tenet, ꝙ tale ſtatutum tollens legitimam, non valet de iure Canonico, ⁊ ꝙ ita tenet curia Ro. alleg. Rot. deciſio. xxj.

* CLA. DE SEISS. ¶ §. plus. Uide ad hoc Are. conſi. xliij. inc. placet mihi concluſio, vbi ponit quando ſtatutum ſimpliciter diſponit ꝙ filius nihil poſſit petere vltra diſpoſitionem teſtatoris, ꝙ tunc ſi relinquitur minus legitima, non poterit onerari. Et ad dictum Bar. hic vide Alex. conſi. lv. vol. ij. ⁊ Ro. conſ. lxij. An autẽ per ſtatutum poſſit tolli legitima, vide Ro. conſi. xxxij. in vlt. du.

* CLAV. DE SEISS. ¶ L. quod pupille. Intellige dummodo infra triennium a tempore pubertatis nubat. nam poſtea non poſſet implere conditioneꝫ. ita notabiliter Bar. in l. meminnimus. §. ad filiorum. C. quando ⁊ quib. quar. pars. lib. x. ⁊ bal. in l. placet. ſ. de liber. ⁊ poſthu.

g ¶ Expenſe. Adde quod hoc non placet hic Pau. de Ca. ⁊ contrarium dicit ſe conſuluiſſe.

h POMA. ¶ Quero quid. Uide bart. in l. j. §. ſi parens. j. ſi quis a pa. fue. ma.

LEX LXXI.

a **Cum tale.** [a] Conditio negatiua que non poteſt impleri viuo legatario ſine expectatione triſtis euentus, impletur preſtita cautione Mutiana. h. d. Hoc declaraui in l. mutiane. ſ. eo. Opp. quod hec conditio reijciatur quia inducit viduitatem. vt ſ. eo. l. ſed ſi hoc. §. fi. Gl. primo fatetur contrarium, quod non placet, quia eſt contra iſtum text. ſecũdo dicit gl. ibi expreſſit, ne nuberet. hic non. Nõ intelligas hãc ſol. ꝙ tacite poſſet induci viduitaꝫ, expreſſe non, qr eſt cõtra l. hoc modo. ſ. eo. ſed intelligas, quod hic fuit ſimpliciter relictum. ſi a liberis non deceſſerit, ⁊ ſic viduitatem non inducit. No. ergo, eo ipſo quod nubit, non videtur a liberis diſcedere.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Cum tale. No. de conditione, ne diſcedas a liberis ⁊ vide gl. ⁊ bart. in l. ij. §. cum enim. C. de indi. vid. tol. ⁊ hoc no. Imo.

1 ¶ Dictio, ne, quando faciat modum, ⁊ quando conditionem.
2 Heres fideicommiſſario vniuerſali tenetur reddere rationem.
Heres non conficiens inuentarium, an perdat trebellianicam.
3 Heres an hodie teneatur cauere de fideicommiſſo reſtituendo.

a **§. Titius.** [a] Conditio negatiua que poteſt impleri viuo legatario non impletur per cautioneꝫ mutianam. Item dictio, ne, ſi adijcitur actui explicando ante emolumen-
1 tum queſitum, facit conditionem, alias facit modum, h. d. † Quero vtrum dictio, ne, faciat modum vel conditionem. Gl. in l. cum pater. §. Titio. de le. ij. dicit, quod facit moduꝫ. Idem tenet Dy. in l. qui abſenti. de acq. poſſ. licet gl. ibi aliter dicat. Tu diſtingue aut dictio, ne, negat actum explicandi ante emolumentum queſitum, ⁊ inducit conditionem, ⁊ ſoluitur ne, id eſt, ſi non, vt hic. prout di-
b cit, ne ſatis petatur. [b] Aut adijcitur accui explicando poſt emolumentum queſitum, ⁊ inducit modum, ⁊ ſic reſoluitur ne, id eſt, vt
2 non, vt hic prout dicit, ne ſatis, ⁊c. quod diligenter no. † Quero v-
c trum [c] heres fideicommiſſario vniuerſali teneatur reddere rationeꝫ hic eſt tex. quod ſic, ⁊ gl. hoc no. Ex hoc dicunt quidam doct. heres qui non facit inuentarium priuatur Trebellianica, quia inuentarium eſt caput rationis. Ita dicit Iac. de Are. ⁊ Ric. mal. ⁊ Cy. refert in auth. ſed cum teſtator. C. ad l. fal. Tu dic vt dixi in l.
3 Marcellus. ff. ad Treb. ¶ † Querit gl. vtrum hodie heres cogatur cauere fideicommiſſo de reſtituendo. Et innuit ꝙ non niſi in caſu C. ad Treb. auth. contra cum rogatus. Alibi dicit gl. ꝙ non
d inuenitur iure nouo. Certe licet [d] non inueniatur, tamen non reperitur prohibitum, niſi quando frater fratri, ⁊ pater filijs reſtituere cogatur, vt C. ad Treb. l. iubemus. ⁊ ideo in ceteris iura antiqua remanent incorrecta ſecundum Dy. ⁊ alios.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Titius. Et iſtuꝫ tex. vide alle. per bal. in l. iij. C. de arb.
b ALEX. ¶ Petatur. De dictione, ne, vide bar. in l. quibus diebus. §. fin. ſ. eodem.

c ALEX. ¶ Quero vtrū. An heres teneat reddere ratione fideic. vniuerſalis. quod ſequitur Bal. in l. filium quem habentem in fi. C. fami. erciſc.

d ALEX. ¶ Certe licet. Ultima opi. hic tenet Imo. ⁊ vide l. cum archimedoꝛam. C. vt in poſ. le.

a §. Si arbitratu. [a]Conditio deficiens non extinguit que pendens non ſuſpen-
* dit, h. d. ¶ No. diligenter, *quod iſta conditio, ſi alterius arbitrio
b nupſerit. a iure reſpuitur. [b]¶ Op. ꝙ debeat iſtius ſequi conſiliū l. Titium ⁊ Meuium. in pꝛin. de adm. tut. Sol. facit hic fauoꝛe libertatis matrimonij. ¶ Quero quid ſi legauit pure filie, ⁊ rogauit de reſtituendo ei. cuius arbitrio debeat nubere. Si eius arbi-
c trio non nuberet, dicit Azo. quod tunc foꝛte valeret [c]Dy. contra, quia non refert quando adijciatur conditio, vt ſ. eo. l. quibus diebus. §. quidam Titio. Pꝛeterea. ſub conditione ademptum, videtur ſub conditione datum, vt j. eodem. l. aliquando. Item per obliquum ſaltem fieret contra mentem legis, ⁊ ideo non valet ac ſi directo fieret. vt j. e. l. heres. in fi. ita dicit Dy. pꝛo quo videtur caſus. ſ. eo. l. quoties.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Si arbitratu. Ad hunc §. vide Paul. de Caſt. conſi. lxxxvij. inci. in Chꝛiſti nomine amen, videtur dicendum, quod dicta filia. ⁊c. in pꝛin.

* CLAV. DE SEISS. ¶ Not. diligenter. Uide in materia Fel. in c. ex parte. de conſti. ⁊ Alex. in l. turpia. §. j. ſ. de leg. j.

b ALEX. ¶ A iure reſpuitur. Conditio ſi alterius arbitrio nupſerit, ſpernitur a iure, ⁊ vide Barto. in l. j. ſ. de his que pe. no. ⁊ dixi poſt Imo. in l. turpia. §. j. ſ. de leg. j.

c ALEX. ¶ Foꝛte valeret. Idem tenet hic Im. ⁊ alij communiter.

a §. Meuie. [a]Conditio de non nubendo. ſi adijciatur cum tempoꝛe moꝛtis vtrunque reijcitur: ſi cū alio reijcitur conditio, ⁊ tempus remanet. h. d. Op. ꝙ illud quod eſt impoſſibile debet reijci, illud quod eſt honeſtū. ⁊ poſſibile debet ſeruari, vt ſ. eo. l. hec ſcriptura. ⁊ l. que ſub conditione. §. ſi quis. de cond. inſti. ergo tempus debet remanere. licet conditio reijciatur. Sol. gl. ⁊ bene, aliud eſt cum adijcitur tempus moꝛtis: q2 tūc videtur teſtatoꝛ relinquere in tempus conditionis explere. quod eſt demum cum moꝛitur quaſi dicat. q2 tunc cū moꝛitur iſta cōditio impletur, ideo tunc volo habere: vnde cum totū eſt vnū. merito totū reijcitur. Sed in alijs diebus non eſt ſic, ideo nō reijcitur. ⁊ nō ob. contrarium. Op. ꝙ tempus non debet expectari conditione remota. ſecundum diſtinctionem l. in illa. ⁊ l. hoc iure. de ver. ob. Sol. leges contrarie loquuntur, quando dies adijcitur conditioni. ⁊ tunc diſtingue vt ibi, hic quando adijcitur diſpoſitioni, quo caſu remota conditione. indiſtincte remanet dies. Facit j. eo. l. ſi ita legatum, quam ſolutio, no.

ADDITIO.

a AND. BAR. ¶ Meuie. Et vide Pet. in c. Raynaldus. de teſt. alle. Bar. in l. filium quem habentem. C. fa. erciſc. ¶ ALEX. Ad iſtum tex. vide que dixi poſt Imo. in l. turpia. §. j. de leg. j.

§. Falſam cauſam. Falſa cauſa non vitiat legatum, niſi de voluntate teſtatoꝛis doceatur, h. d. quod hoc ſit dictum in tex. quia ratio legādi legato non coheret, dixi in l. demonſtratio. §. quod autem. §. eodē, vbi declaraui hoc.

a §. Falſam conditionem. [a]Conditio de futuro que implicat aliquod pꝛeteritum, vel pꝛeſens. ſi eſt impoſſibilis. nō vitiat: ſecus ſi eſſet poſſibilis, ⁊ deficiat. h. d. Quero, vtrū iſta cōditio vitiet legatum quando nihil debetur? Uidetur quod ſic quia eſt de pꝛeterito, vel de pꝛeſenti, pꝛopter id quod dicitur in tex. debeo. In cōtrarium. quia eſt de futuro. licet aliquando implicet de pꝛeſenti: illud enim eſt in conditione ſi ſolueris Titio quod debeo. Actus ergo ſoluendi in conditione ponitur. ita tenet gl. hic, ⁊ in l. cum in ſecundo. ſ. de iniu. teſt. tene menti hunc §.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Falſam conditionem. Gl. hic pꝛo ſing. alle. Cy. ⁊ Bal. in l. leges ⁊ conſtitutiones. C. de legi. ꝙ verbum futuri ſubiunctiui in ſtatutis impoꝛtat ſimplum futurum, vide no. in l. centeſimis. ad fin. de verb. oblig.

§. Falſam legati Que adijciūtur ad diminutionem non operantur augumen-
a tum h. d. facit ſ. de leg. j. l. legata inutiliter. Opp. ſ. [a]de pe. le. de l. denīq3. §. interdum. Sol. quandoque verba que apponuntur ad diminutionem ſunt mere pꝛiuatiua, ⁊ nihil inducunt de neceſſitate, tunc ex iſtis non inducitur diſpoſitio. l. legata inutiliter. ⁊ l. ſi mihi ⁊ tibi. §. in legatis. in gl. ſ. de leg. j. ⁊ ibi dixi: quandoq3 verba licet ſint pꝛiuatiua, tñ aliquid ponunt, vt in caſu noſtri §. nā ex centū relictis, ecce poſitio: diminuit certā q̄titatē, ecce pꝛiuatio: ⁊ tunc ſi quidem iſtud relinquitur animo pꝛiuandi a pꝛimo. poteſt [illegible] etiā pꝛimo non poſito, ⁊ tunc non inducitur poſitio pꝛimi. vt [illegible] Hic enim non grauauit illū legatarium cui dixit ſe legaſſe [illegible] redem ſuum, quē poterat grauare etiam ſine hac demonſtratio[ne] ſed ſi dixit, ex cētū que Titio legaui, volo ꝙ ipſe Titius det [illegible] decem: tunc Titius nō pōt grauari niſi illa demonſtratione [illegible] ſuppoſita, ex illo inducitur legatum, de l. deniq3. §. interdū [illegible] de vſufr. de l. Pꝛoculus. So. eo modo, quia ibi ad ſequentem [illegible] tionem de neceſſitate ſequitur poſitio pꝛimi: vel aliter dicit [illegible] ibi appellatione vſufructus continetur dominium, ita ſentit [illegible] l. donationes. §. ſpecies. j. de dona.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Oppo. ſ. adde Bart. in l. ex hac ſcriptura. de [illegible] no. per Imo. in l. Centurio. de vulga. ⁊ pup. ⁊ de intellectu [illegible] §. vltra hic no. vide Bal. in l. j. de fal. cau. adie. le. ⁊ facit iſte tex. [illegible] id quod no. decidit Bal. in l. ij. in fi. de cond. inſer. quod in [illegible] tione negantis nunquam habet locum argu. a contrario [illegible] Uide ibi in pulchꝛa queſtio.

LEX LXXII.

1 ☞ Credens fide digno excuſatur a dolo.

a Titio fundus. [a]Deficiente conditione [illegible] qua fuit pꝛſtita cautio [illegible] betur legatum ei in quem fuit trāſlatum in cu[illegible] ⁊ liberatur heres actionem cedendo, etiam ſi cautio [illegible] d. iſta l. ⁊ l. cum ſub hac conditione. ſ. eo. No. dicit tex. [illegible] Titius ⁊ eius fideiuſſoꝛes ſunt effecti non ſoluendo, [illegible] flua tota. gl. ma. Opp. de l. libertas. §. j. j. de manu. teſt. [illegible] mutiana non pꝛeſtatur. Sol. ſpeciale eſt fauoꝛe libertatis [illegible] ſ. eo. l. mutiane. Opp. ꝙ cautio debeat pꝛeſtari ſecundo legatario non heredi. vt ſ. eo. l. is cui. Sol. vt dixi. ⁊ l. cum ſub hac. Opp. [illegible] deficit obligatio non poteſt cedi actio, cū non ſitnata. vt ſ. de [illegible] cu. l. licet. §. ea obligatio. Sol. gl. dicit enim quod deficit. quia non fuit pꝛeſtita ab initio. Ad contrarium reſp. l. cedatur actio. [illegible] cet condictio indebiti, vel ſine cauſa, non autem actio ex ſtipulatu ⁊ ita loquitur hic ver. ſed quia, ⁊c. vel ceditur actio: quia fuit pꝛomiſſio facta de ſatiſdando, non tamen ſatiſdedit: ⁊ ſic iſte ver. [illegible] quia habet duas lec. Ad pꝛimam lec. op. ꝙ ſi ipſe non exegit cautionem. fuit in dolo. l. dolo. j. ti. j. ergo non liberatur actionem cedendo. Sol. heres non tradidit, ſed legatarius eam accepit ſecundum foꝛmam. l. pe. j. pꝛo legato. Opp. ad ſecundam lec. ⁊ videtur, ꝙ non pꝛocedat nam ſecundus legatarius petit legatum: vnde ſi ſibi ceditur actio, q2 eſt pꝛomiſſum ſatiſdare, nihil pdeſt legatario. Reſpōdet
b gl. ꝙ imo pꝛodeſt q2 in eo venit intereſſe in quo eſt eſtimatio fundi. Item opp. [b]⁊ videtur, ꝙ ſit in dolo. ⁊ ſic actionem cedendo nō liberatur, vt j tit. j. l. dolo. Sol. hec erat talis perſona cui debebat
1 credi: ⁊ ſic † tene menti gl. in verb. actiones. in ver. erat bonus [illegible]
* quātū dicit, ꝙ erat talis cui debebat credi, ⁊ pꝛo hoc facit. *quod no. in l. eum qui. circa fi. ſ. de in diem addict. Sed licet hec ſit verū non tamen eſt de mente litere, ⁊ ideo pone caſū ꝙ pꝛincipaliter cautio deficit, quia reus pꝛincipalis ⁊ fideiuſſoꝛ ſunt effecti non ſoluendo. Querit gl. mag. de vna queſtione. ⁊ ſoluit.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Titio fundus. Et iſtam gl. alle. doc. in l. j. in pꝛin. [illegible] cto. §. j. de eo per quem factum erit. ⁊ ibi ſcripſi. ⁊ no. Bar. licet non alle. in l. non ſolum. §. moꝛte. de oper. no. nun. ⁊ vide quod [illegible] eam no. decidit Bal. in l. iudicia. C. de rei ven. ꝙ dictum notabilis viri inducit iuſtiſſimam credulitatē. vt ex ea poſſit cauſari titulus putatiuus. pꝛo quo facit qđ bene no. Bar. in l. Celſus. de vſucap. in l. qui fundū §. pꝛocuratoꝛ. j. p emp. ⁊ Jo. ⁊ Ant. in c. cura. de re pa. ⁊ ꝙ no. Bar. in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi. in viij. queſt. de pe. no. nun. ⁊ Ang. in l. j. in pꝛin. ſ. de eo per quem fac. erit. ⁊ ibi [illegible] in lec. antiq. Adde Bar. in ſimili in l. de minoꝛe. §. toꝛmēta. in ver. tertio quero a quibus perſonis. j. de queſtio. ⁊ ibi habes poſt [illegible]

b AND. BARB. ¶ Item opp. Et idem dicas ſi credit dato [illegible] a partibus, quia tunc excuſatur. l. ſi quis vxoꝛi. §. apud labeonem j. de furt. item qui credit ſuo teſtatoꝛi. l. mater. C. de calum. itē qui credit fame. l. cum quidam. §. quod dicitur. de acq. vel ami her. [illegible] qui credit magiſtro militum de moꝛte ſui militis in auth. hodie. C. de rep. item qui credit perito in arte ſua. ſ. de ven. inſpic. l. j. §. [illegible] qui credit dicto ſui ſerui pꝛocu. l. Celſus. j. de vſur. l. naturaliter. §. nihil commune. de acq. poſſ. ⁊ conclude ꝙ omnis credulitas, [illegible] ma excuſat quem a dolo. l. plagij. C. de plagi. ⁊ l. igitur. j. de libe. cauſa. Inn. c. pꝛopoſuit de coniu. ſer. plene per Ang. in l. j. de eo per quem fac. erit ⁊ vide gl. in c. cum contingat de reſcri. vbi creditur viro leuis opinio.

* CLAV. DE SEISS. ¶ Et pꝛo hoc facit. Uide multa per Fel. in c. cum contingat, de reſcript.

LEX LXXIII.

1 ☞ Jus accreſcendi non datur ei, qui admittitur ad legatum [illegible]

iure ſpeciali contra voluntatem defuncti.
2 Minor reſtitutus ad legatum repudiatum habet ius accreſcẽdi.
3 Jus accreſcendi habet locum inter plures venientes per contra⸗tabulas.
4 Statuto ſtante quod exiſtentibus maſculis femine non ſuccedãt, ſi ſint tres maſculi, ⁊ vna femina, ⁊ duo repudient, an portio repudiantium accreſcat ſorori ⁊ fratri, an alteri tantum.
5 Conditio non nubendi appoſita legato, an reijciatur.

1 Mulieri. † Qui admittitur ad legatum de iure ſpeciali cõtra volũtatẽ defuncti, nõ habet ius accreſcendi. h.d. ⁊ eſt iſta ſolennis lex,[a] ⁊ ſingularis, ⁊ de iſta feci magnum feſtum in l. re coniuncti. ff. de le. iij. Op. ⁊ videtur, ꝙ in perſona Titij legatum fit purũ: vnde videtur ꝙ in perſona Titij admittatur. l. fi. §. Seio. ff. de le. ij. Sol. glo. ꝙ hic conditio fuit adiecta vtrique, vt hic: ibi alteri tantũ, dicit Dy. Nam hic fuit appoſita poſt nominationem omnium legatariorum: quod tene menti. ⁊ vult dicere, ꝙ non videtur adiecta in perſona omnium quando poſt nominationem fuit appoſita: ſed ſi poſt nominationem primi tantum, in primi tm̃ perſona videtur appoſita. l. contraria. Sed contra hoc facit ff. de vſufr. l. ſi Titio vſufructus. de quo dicã. j. eo. l. Julius Paulus. Opp. ⁊ videtur, ꝙ mulier habeat totũ per ius accreſcendi. l. j. in prin. ff. de vſufr. acc. Bl. dicit, ꝙ hoc eſt ideo, quia de iure ſpeciali admittitur mulier: qđ tene menti, ⁊ ſic no. ꝙ ille qui admittitur de iure ſpeciali ad legatum, non habet ius accreſcendi. Et hoc ego probo per. l. iij. §. ſed ⁊ ſi cõiunctim, de leg. preſt. ⁊ l. filium. §. ſi legata. eo. ti. Sed ad hoc
b opp.[b] ꝙ habeat ius accreſcendi. d. l. filium in fi. So. ibi admittiť de iure ſpeciali ex voluntate defuncti, ideo habet ius accreſcendi. ſed hic admittiť de iure ſpeciali cõtra volũtatẽ defuncti. ⁊ hoc ſentit glo. ſed hoc videť contra d. l. iij. §. ſed ⁊ ſi cõiunctim. ⁊ l. filiũ. §. ſi legata. j. de leg. preſt. vbi licet veniat ſecundum voluntatem defuncti, nõ tamen habet ius accreſcendi Sol. ꝙ habet ius accreſcẽdi verum eſt, quando petit legata ab eo qui habet contra voluntatẽ defuncti: ſed ſi habet ſecundum voluntatem defuncti, tunc nõ ha
2 bet ius accreſcẽdi vt in cõtrarijs. Et ratiões ſunt faciles. ¶ † Videtur per hoc ſolui queſtio. minor xxv. an. reſtituitur ad legatũ repudiatum, habebit ne locũ ius accreſcẽdi? Videtur quod nõ, vt hic. Puto cõtrarium, qr reſtitutio reponit eum in legato cum iure accreſcẽdi. l. j. §. j. de colla. bo. Preterea, iſte minor habet legatũ de voluntate defuncti. ⁊ petit ab eo qui habet ex volũtate defun
3 cti. † Item opp. contra hoc de l. ſi duobus. in prin. j. de contratab. ⁊ de cõiun. cum emãc. lib. l. j. §. ſi quis ex nepotibus. vbi inter plures venientes per contratab. habet locũ ius accreſcendi. Sol. qđ dixi, non habere locum ius accreſcendi, eſt verum in legato: ſed in hereditate habet locũ indiſtincte ius accreſcẽdi, ne quis decedat pro parte teſtatus, ⁊ pro parte inteſtatus, ⁊ ne quis decedat pro parte cum herede, ⁊ pro parte ſine herede. Sed fateor, ꝙ ſi eſſent qui venirẽt cõtra voluntatem defuncti, de iure ſpeciali, ꝙ prius eſſet ius accreſcendi inter eos, qui veniũt de iure cõmuni, quã inter
* illos, qui veniunt de iure ſpeciali. l. ſed cum patrono.* de bo. poſſ.
4 Et per † hãc l. cũ gl. determinat do. Ray. talem queſtionem. Dicit ſtatu. ꝙ extantibus filijs maſculis, filie femine nõ ſuccedant, ⁊ ſint tres maſculi, ⁊ vna femina, ⁊ modo ex illis maſculis duo repudiarunt, an habeat ius accreſcendi maſculus, vel femina. Determinauit, quod inquantum illi fratres habent vltra virilem, habent de iure ſpeciali, ⁊ ideo non habent ius accreſcẽdi, ⁊ ſic deuenit ad filiã per l. iſtã. Et iſta verba ſunt ſua. Sed hoc nõ eſt verum, quia illud habet locũ in legatis, nõ in hereditatibus. Preterea ius accreſcẽdi competit portioni, non perſone. l. hec ſcriptura. §. j. ff. eod. l. ſi qs Titio. de vſufru. ⁊ dixi in repetitione l. re coniuncti. in iij. q. prin⸗
5 cipaliter. ¶ Dicitur hic, † ꝙ iſta conditio facit deficere legatum Contra imo videtur reſpui. ff. eo. l. cum tale. §. Meuie. ⁊ l. ſed ſi hoc §. fi. Dicit gloſſ. quandoque conditio apponitur mulieri, ⁊ tunc reijcitur. vt ff. eo. l. ſed ſi hoc, ⁊ tũc eſt verum, ſi inducitur viduitas perpetua: ſecus ſi ad tempus, d. §. fi. Itẽ ſi inducitur reſpectu omnis perſone: ſecus ſi vnius tantum, vt ff. eo. l. cum ita. Item ſi reſpectu omnis loci: ſecus ſi vnius tantum, vt ff. eo. l. hoc modo. in fi. Itẽ habet locum in virgine: ſecus ſi vidua hodie, auth. cui relictum. de indict. viduita. ⁊ no. ff. eo. l. cum tale. §. Meuie. Aut apponitur conditio alij perſone de viduitate vnius mulieris, ⁊ non remittitur, l. auia. §. Titio. j. eo. l. j. C. de indic. viduita. Et hoc eſt verum ſaluo eo, quod dicitur in prima gl. huius legis, ſi illa perſona eſſet multum coniuncta perſone mulieris, vt j. eod. l. heres. in fi. Item habet locum, niſi ille extraneus ſit rogatus de reſtituendo mulieri. d. l. auia. §. Titio. Si vero conditio que inducit viduitatem, ſimul adijcitur mulieri ⁊ alij: tunc bene dicit gl. cum precedentibus limitationibus.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Solennis lex. Et de ratione huius l. vide Bal. in l. j. in prin. C. de indi. vidui. tol. ⁊ in l. j. §. vbi autem. C. de cad. tol.

b ALEX. ¶ Ad hoc opp. Et vide quod per iſta no. dixit Bal. in l. ſenium. qui teſt. fac. poſſ. ⁊ adde no. Bar. in l. ſi plures. C. de condi. inſer. ⁊ in omnibus iſtis idem ſequitur Bald. in l. j. C. quando non pet. par. pe. accre. ⁊ Bal. no. in l. j. de ſac. ſa. eccl. in rep. videtur contrariari his que ipſe dixit in d. l. ſenium.

* CLAVD. DE SEISS. ¶ L. ſed cum patrono. Adde que vult Bal. in repe. l. pe. C. de ſacr. eccleſ.

LEX LXXIIII.

a Dies. [a] Dies incertus pro cõditione habetur. h. d. Op. j. eo. l. heres meus. Sol. ibi dicemus. Opp. Inſtit. de ver. obli. §. ex conditionali. Sol. Aliud in ſtipulatione, aliud in legato. Et ponitur ratio ibi, ⁊ l. ſi vxor. C. de condi. inſer. Aliam rationem dixi in l. ſi filiuſfami. j. de verbo. obligat.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Dies. Et ad iſtam legem, adde l. talis ſcriptura, de le. j. vbi conditio appellatur dies, licet incertus. ⁊ ideo ibi dicit Im. per illum facere quod ſtatutum loquens de die, trahatur etiã ad conditionem, quod no. differentiam inter diem incertam ⁊ conditionem, vide per gl. ⁊ Bar. in l. nam ſi cum moriar. ff. de cond. inde. Et quando dies incerta habeatur pro conditione, vide Bal. late in l. ambiguitatem. C. de vſufr. Et ibi inter cetera dicit ꝙ vbi dies incerta eſt miſta cum die certa, non facit conditionem. alleg. text. ibi, qui non eſt alibi.

LEX LXXV.

a Fideicommiſſum. [a] Facit hõc ad q. de ingrediẽte mo
b naſterium, an per ingreſſum [b] monaſterij conditio fideicommiſſi expiret, quam ponit Dy. in l. ſi ita. §. j. ff. de le. ij. ⁊ ibi plene dixi in auth. niſi rogati. C. ad Treb.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Fideicommiſſum. Et iſtum text. ⁊ d. l. ſi ita. §. fi. limita niſi verbum filij, non poſſet niſi adoptiuis verificari. gl. eſt no. in l. ſi quis poſthumos. in prin. de li. ⁊ poſth. quam no. alle. Ro. in l. fideiuſſor obligari in fi. j. de fideiuſ. bene facit l. heredibus. §. vlt. ⁊ l. ex facto. §. j. j. ad Tre. ⁊ per iſtum tex. Spe. in ti. de loca. §. nunc aliqua ver. lxviij. dicit ꝙ emphyteuſis non tranſit ad adoptiuos. vide Pau. de Ca. in l. adoptiuum. in prin. ff. de in ius voc.

b AND. BARB. ¶ An per ingreſſum. Et vide Bal. in d. authen. niſi rogati.

LEX LXXVI.

1 ☞ Conditio quando appoſita in inſtitutione, intelligatur repetita in legato.

Auia. Conditio appoſita in inſtitutione, in legato eiſdem facto intelligitur repetita. h. d. No. iſtã legem. Opp. hic videtur velle text. cum gl. ꝙ hic inducatur repetitio ꝑpter verbũ, hoc amplius: ſed imo diſtincte videtur facta repetitio, vt l. duos. ff. e. ⁊ l. fi. §. fi. j. de doli exceptio. So. Potes
a dicere, ꝙ hic verbũ, hoc amplius, denotet facti accidentiam[a], non iuris miniſterium. Vel dic ⁊ melius, leges contrarie loquuntur quando in eodem teſtamento aſcribitur inſtitutio, ⁊ legatum: hic quando in teſtamento inſtitutio, in codicillis legatum. Pro hoc facit, quod no. in l. plane. §. ſi cõiunctim. ff. de le. j. ⁊ l. quinquaginta. ff. de prob. licet multum facit contra l. Neſennius. in fi. j. de excu. tut. Sed op. ff. de leg. j. l. ab omnibus. §. cum quidam. vbi conditio appoſita in inſtitutione, non videtur repetita in legato. Sol. Hic quando legatum fit ab eodem gradu, vt hic, ⁊ ff. eo. l. duos. ⁊ l. fi. §. fi. ff. de dol. excep. quando ab alio gradu, tunc conditio non intelligitur repetita, vt in d. §. cum quidam, ⁊ ratio patet per ſe. Itẽ op. quando di. le. ced. l. filiũ. So. Hec lex loquitur quando procedit inſtitutio conditionalis, ⁊ ſequitur legatum, ſed quando legatũ precedit ſimplex, ⁊ ſequitur inſtitutio cõditionalis, tunc ſecus vt lege contraria, ⁊ ibi gl. Et eſt ratio, quia maioris efficacie eſt precedẽs
* clauſula ad ſequentia, quã ſequẽs ad precedentia.* habes de hoc tex. in l. quiſquis. circa prin. alias in l. ſi quis in principio teſtamẽ
1 ti. ff. de le. iij. ⁊ ibi gl. Ex predictis † diſtingue, Aut legatum ⁊ inſtitutio fit eodem teſtamento, aut vnum in teſtamento, aliud in codicillis. Primo caſu, aut precedit legatũ, ⁊ ſequiť inſtitutio, aut contra: ⁊ hoc ſecũdo caſu, aut legatũ relinquitur ab eodẽ gradu, aut a diuerſis, vt ex predictis patet: ⁊ tangam hoc in l. cum ſeruus. ff. de condi. inſt. Hic tex. in fi. videtur contra diſtinctionẽ quam feci: aut relinquitur ab eodem gradu, aut a diuerſis. Sol. hic tex. hʒ locum in libertate, ſine qua legatum nõ põt valere: ſed in diſtinctione quã feci, dixi qđ habet locum in conditione, ſine qua legatũ vʒ.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Facti accidentiam. Sed Imol. aliter loquitur, quam Bart. ⁊ contra Bart.

* CLAV. DE SEISS. ¶ Quam ſequens ad precedentia. Iſtã regulam ſingulariter commendat Matheſi. not. cl. ⁊ vide Iaſo. in l. pacta nouiſſima. C. de pact.

**§. Titio.** Conditio,ſi nō nupſerit,in extraneo de reſtituē
do mulieri rogato,ſpernitur h.d.Querit glo. a
quo petit mulier.⁊ ſunt due opi.in glo.Pet.tenet primam:ſed tu
potes tenere quam vis,quia ⁊ iſta conditio in extraneo reſpuitur
vbi tractatur de commodo mulieris,vt ĵ.eo.l.heres meus.

**§. Pater** Conditio appoſita adminiſtrationi,non ſuſpē
dit dationem tutele,h.d.primo.Item conditio
limitatur ex preſumpta voluntate defuncti. Item cōditio cau
tionis non petende remiſſa intelligitur h.d.⁊ habet tres partes.
Secunda ibi,nec ſic quid.Tertia ibi non enim.Uidete ibi,filie cō
muni.⁊ dic vxore eius matre inſtituta herede,ſecundum Dy.hic,
⁊ in l.licet.ĵ.vt leg.no.ca.¶ Op.quod petendo de facto,committi
tur ſtipulatio ⁊ pena,vt C.de tranſactionib.l.vbi pactum. ⁊ no.C.
eo.l.ſiue apud acta.⁊ l.j.in fi.C.de pactis.Solu. In contractibus
intellige de facto,⁊ ſecundum diſtinctionem quam ponūt docto
res in l.ea quidem Codic.ſi man.ita fuer.ali.⁊ dixi in l.continuus
§.cum quis ĵ.de ver.obl.tamen in vltimis voluntatibus ſecus, vt
hic:⁊ ſ.eod.l.mutiane. ⁊ l. mulier. in principio ſupra de conditio.
inſti.⁊ d.l.licet.infra,vt le.no.cau.⁊ ibi dixi.¶ Quero,hic dicitur,
a onere cautionis,⁊c.quid[a] ſi petit,⁊ illa cauit,Et videtur quod con
ditio non ſit defecta,quia preſtat volens,⁊ ſic ſibi imputet,In cō
trarium videtur,quia ſolutio habet vim conteſtationis legitime
facte,vt ĵ.rem ra.hab.l. amplius, ſed illud habet locum, quando
de iure poteſt fieri,quod no.

ADDITIO.

a ALEX.¶ Quid.Contra Bar.tenet hic Imo.per iſtum tex.a cō
trario ſenſu.

LEX LXXVII.

**Cum pupillus.** Pupillus poteſt impe
dire cōditionem imple
ri.h.d.No.hic quod dicit,iure communi,pro eo quod
dicitur in l.in teſtamento.ſ.eo.¶ Item nota de eo ꝙ
dicit de tutore,facit ad ea que dixi.ſ.eo.l.Julianus.

**§. Diſiunctiuo.** In alternatiuis ſufficit alterum
impleri,h.d.

LEX LXXVIII.

1 ☞ Obligatio non eſt nota incontinenti in contractibus,vel vl
timis voluntatibus in quibus ſpes conditionis tranſmititur.
2 Dies certa omni certitudine quare non impedit neceſſitatem o
bligationis tollende,ſicut dies incerta.
3 Dies certa qualiter a conditione agnoſci poſſit.

**Heres meus.** Dies incertus non ap
tꝰ ſuſpēdere legatū poſt
legatarij mortē nō impedit trāſmiſſionē:alias ſecꝰ. h.
a d.Quero[a] circa hanc legē,†in cōtractibus in quibus
1 ſpes conditionis tranſmittitur,itē in vltimis volūtatibus in prin.
noſtre legis,vtrum obligatio incontinenti ſit nata Gl.videtur te
nere ꝙ ſic,C.vt act.ab he.⁊ contra her.l.j.⁊ l.ſi pupillus.§.qui ſub
conditione.de noua.In contrarium videtur,ꝙ nō naſcatur,niſi ve
niēte morte.l.in omnibus.ĵ.de re.iu.⁊ Dy.in d.§.qui ſub cōditiōe
Et hoc vltimum puto verū,q: eſt tex.in l.j.C.vt act.ab her.⁊ con
tra her.Facit inſt.de inuti.ſtip.§.poſt mortem,licet ibi gl.contra.
Reſ.ad hanc l.que dicit,purum eſt legatum,vt dicit gl.quia purū
eſt quo ad tranſmiſſionē.Reſp.ad l.nam ⁊ ſi cū moriar.ſ.de cōd.
2 inde.ꝙ ibi purum eſt ad impediendum condictionem inde. †Que
ro,quare dies certa omni certitudine,non impediat neceſſitatem
obligationis tollende:ſed dies incerta,ſic.Reſp.quādo eſt dies in
certa,non eſt certum adhuc quid ſit in obligatione,propter inter
uſurium medij temporis.Nam poteſt eſſe,ꝙ decem annis vel vno
vel cētum.ſed in die certa interuſurium medij temporis eſt certū,
adeo ꝙ aliquando incontinenti fit condemnatio,deducto illo in
teruſurio medij temporis,l.ſi conſtante.§.quoties.ſ.ſo.mat.Po
tes tu dicere,ꝙ in die incerta eſt certum interuſurium medij tēpo
ris,l.hereditatū.ĵ.ad l.fal.ſed reſpiciendo gl.ibi ceſſat cōtrarium.
3 †Quero,quomodo poſſum cognoſcere diem incertū a cōditione.
Reſpō.dies eſt qū ſimpliciter ponitur,⁊ ſine exceptione alicuius
euētus:ſed ſi expectaret euētus,tunc eſt cōditio,niſi appareret de
volūtate teſtatoris,vt dixi in l.ſi cui.ſ.de le.j.⁊ l.iiij.de cond.inſti.

ADDITIO.

a ALEX.¶ Quero.Uide Bar.late in l.ſi ita.ſ.eo. in ver. ſecundo
iuxta hoc quero.

a **§. Qui poſt.** [a] De iſto §.plene.ſ.eo.l.mutiane.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Qui poſt.Ad iſtum tex.vide no.Bar.⁊ Imo.in l.cum
filius.§.qui mutianam.de le.ij.Adde ꝙ Pau.de Ca.dicit per hūc
tex.aliud eſſe relinquere vxori,ſi vitam vidualem ſeruauerit,aliud
vſque quo vitam vidualem ſeruauerit.

a **§. Quod in fraudem.** [a] Cōditio.ſi non nupſe
rit,remittitur in extra
neo.propter quā veriſimiliter ceſſaret mulier nubere.h.d.No.ſ
gularē caſum.Per hūc §.determinat vna q.in l.Titia.ĵ.de v.o.
vbi pena promiſſa ab vna ex cōiunctis de accipiēdo in mari
nō valet ſecus inter extraneos,vide per Cy.C.de ſpon.l.ſi.q.
Quid ſi pater promittit.Certe non vz in cauſa cōiuncte perſo
Et eſt ratio,q: non eſt veriſimile ꝙ filia relinqueret patrē illaq
tū:vel faceret patrē perdere legatū,vt no.in gl.l.ij.ſ.in ius voc
eant.Sz qd in patre,vel patruo,vel auo quē ſoror timet.Certe
b idē.l.ij.ſ.in ius voca.vt eant.Facit ad[b] queſtionem.In marchia
in Ducatu,eſt prohibitum fieri iniuriam appellāti a commu
commune coegit coniunctos appellantis,⁊ per hoc deſiſtat ab ap
pellatione.Certe commune debet puniri per hanc legem.

ADDITIONES.

a ALEX.¶ Quod in fraudem.Uide ꝙ per iſtum tex.dicit Bar
l.de pupillo §.ſi quis ipſi pretori,de oper.no.nun.in ver.nouo q
ro.quid ſi non conſueuit,quod nota.
b ALEX. LOS. ¶ Facit ad.Hec q.⁊ ſi in codicibus hactenꝰ
preſſis communiter habeatur ſub ſeq.l. eas cauſas,attamen
mata eſt ex hoc §.vt liquido patet,⁊ ideo hic haberi debet.

LEX LXXIX.

1 ☞ Dictio vna ponitur pro alia quando expedit.

**Eas cauſas.** Gl.infraſcat hāc l.
ne caſum ſecūdū Dy.
loquit in tempore de preſenti,vel preterito
quitur in modo Tertio facit differentiam
⁊ conditionem.Secunda ibi,eas vero.Tertia ibi nec
tu ibi repellunt,vt quando relictum eſt ſub condition
to,vel de preſenti,que eſt falſa ſecundum Dynum.In ter
ſumptu.ſi habes conſumptam,expone vt in gl.ſi habes cum
ptu,dic vt legatum ſub modo in cuius cautione preſtanda
1 do implendo,verſatur ſumptus.Not.hic gl.†ſuper ver.eas
quod vna dictio ponitur pro alia quando expedit.quod tene
ti.ad idem tex.⁊ ibi dixi in l.Gallus.§. forſitan.ſ.de lib.⁊ poſth.

LEX LXXX

1 ☞ Condilio appoſita in perſona vnius quando dicatur repe
ta in perſona alterius coniuncti.

**Fulius Paulus,** Cōditio appoſita
in pſona alterius
bi coniuncti.per hanc dictionem cum.de equitate
intelligitur repetita.h.d:⁊ eſt no.tex.Op.⁊ videtur ꝙ
iſta repetitio fiat.vt ſ.eo.l.auia.Gl.ſo.ibi,ſed ponitur veritas hic,
quod ibi in perſona eiuſdem , hic diuerſorum.Op.de l.Julianus
noſter.ĵ.eo.⁊ ti.de cond.inſt.l.cum ſeruus.⁊ l.prox.Sol.Ibi in ea
dem perſona,hic in diuerſis. Oppo.contra hoc,quod in diuerſis
perſonis intelligatur repetita,vt l. ſi ſeruo.de ſtatulib.Solutio
Illa lex loquitur de rigore,hic de eqnitate.Opp.contra hoc
ter ⁊ videtur ꝙ vbicunqz ſit non intelligatur repetita de rigore l.
1 fi.§.Seio.ſ.de le.ij.Sol.†Quando ſit conditio
a tunc intelligitur repetita de rigore,vt hic:ſed
fauore libertatis,⁊ ideo tex.dicit hic, ſolum in liber
equitatem:ſecus in legato.Et hoc ſentit gl.in l.ſerui
vbi dicit,ꝙ iſta equitas non habet locum in legato.
* to ſit per ⁊,tunc non inducitur repetitio,*vt l.cōtraria
tit gl.j.hic:⁊ tex.in fi.hoc viderur innuere.¶ Sed op.contra h
fortius de l.mulieri ⁊ Titio.ſ.eo.So.vera eſt iſta quicquid dic
gl.in l.fi.§.Seio.ſ.de le.ij.Aut conditio apponitur poſt nomina
* tionem vtriuſque,*aut alterius tantum.Et hoc ſecūdo caſu
cōditio adijcitur per copulam,⁊,aut per cū,⁊ aut loquitur in
cto libertatis aut in alijs.vt ex ſ. dictis apparet. Et predicta
ter perſonas,l.Seie.§.Caio.de fund.inſtr.

ADDITIONES.

a ALEX.¶ De equitate ſecus.Contrarium tenet hic Imo.⁊
te melius,vide aliter,⁊ no.reſpōdet Bar.in l.Seie.§.Caio.de fun.
inſt.⁊ vide Bar.in conſi.inci.factum tale proponitur,cecus fe
teſtamentum.Adde Fede.conſi.cclix.
* CLAV.DE SEIS. ¶ Non inducitur repetitio.Uide Are
j.in iij.dub.vbi tenet opinionem Imo.⁊ moder.hic contra Bar
dicit tamen in aliquibus aliter quam Imo.
* CLAVD.DE SEISS. ¶ Nominationem vtriuſqz.Circa iſtud
vide quod no.Ro.in l.ſi ita ſcriptum.in prin.per iſtum tex.iun
gl.fi.in fi.ſ.de libe.⁊ poſth.vbi dicit ꝙ quando conditio adiecta
ni ineſt de neceſſitate quoad illum,tunc non trahitur quoad al
⁊ ita intelligit l.fi.§.ſeio.ſ.de le.ij.⁊ per hoc refert ſe conſuluiſſe
facto.cum teſtator ſic dixiſſet,inſtituo filiam meam ⁊ ea premor
te eius filios ⁊ nepotes ex filia premortua,ꝙ illi nepotes cēſētur
inſtituti pure etiam viuente filia,per predicta,⁊ dicit ſe obtinuiſſe
vt ibi per eum.

LEX LXXXI.

1 ☞ Ratiōes qui reddere tenet,tenetur etiā reddere inſtrumēta
2 Uſurarius ſi mutuauit cētū cū pacto,ꝙ veniat ad audiendū p
ceptū ſub pena,an talis pena videat adiecta in fraudē vſurar

Depoſiti

3 Depoſitum vt dicatur factum, non ſufficit offerre marſupium, ſed debet pecunia coram notario, ⁊ teſtibus numerari.

**Cum ſeruus.** Conditio adiecta libertati videt repetita in legato, ⁊ conditio rationum reddendarum eſt miſta dandi, ⁊ faciendi hoc dicit. Not. quod ille qui tenetur reddere rationes, tenetur etiam ad redden-
a da inſtrumenta[a] vt hic, ⁊ ſ. eo. l. ſi cui. ⁊ ibi dixi. ⁊ l. j. §. in officio. ſ. de tut. ⁊ ratio. diſtr. Op. ⁊ videtur quod ſufficiat reliqua reddere, ⁊ non ſit neceſſaria cõputatio. Quod patet, quia vbi ſunt nulla reliqua, non eſt neceſſaria computatio, vt ſupra l. proxima. Glo. ſol. ſi reliqua principaliter reſtituenda ſunt computatio eſt facienda: alias ſi non ſunt, non fiet computatio. ¶ Et ex hoc
2 Dyn. †inducit in argumen. ad queſtio. vſurarius mutuauit Titio centum pacto appoſito, quod veniat ad audiendum preceptũ alias incidat in penam mille librarum: dicitur quod pena eſt adiecta in fraudem vſurarum. Reſpondetur, quod non eſt verum, q2 adiecta facto, l. Julianus. §. idem Papinianus. ſupra de actio.
b empt. ⁊ l. cum allega. C. de vſu. Dyn. dicit,[b] quod videtur adiectio in fraudem vſurarum cum principaliter ſit adiecta dationi pecunie, ⁊ idẽ tenet Cy. C. de vſu. l. cũ allegas. Contra hoc dictũ Cy. ⁊ Dy. eſt gl. ord. in l. ſed ⁊ ſi quis. §. fi. ſ. ſi quis cau. dic ꝙ q. Cyn. ⁊ Dy. loquitur. qñ quis tẽpore mutui conuenit de ſtando in iudicio ſub pena: ſed l. ſed ⁊ ſi quis. in fin. loquitur, qñ ex interuallo poſt contractum mutuũ conuenit in iudicio, ⁊ ibi cauet de ſtando in iudicio, quo caſu non preſumitur in fraudẽ vſurarũ, vt probatur. in l. j. C. de pac. pigno. ⁊ l. Titius. ſ. de pigno. actio. ⁊ dixi in l. quamuis. j. de ſolu. ⁊ facit pro hoc quod no. in l. rogaſti. §. penul. ſ. ſi cert. peta. ¶ Quero, †an ſufficiat offerre marſupiũ in iu-
3 dicio? Et videtur tex. ꝙ ſic. ⁊ gl. in verb. conteſtetur eſt in auth. vt exa. inſtan. do. §. fina. vbi dicitur. ꝙ debet offerre in marſupio, vel in folle: quod intellige ita. quod teſtes ⁊ notarius cognoſcãt, quãta eſt pecunia que eſt ibi: puta, q2 viderũt numerari. ſi enim teſtis poſtea diceret, quod vidit offerri marſupium cum pecunia, ſed ignorarẽt quanta eſſet, non probaret, l. j. §. ſi ciſta. ſ. depoſi. ⁊ ideo
c tutius credo[c] aliquem offerre pecuniam numeratam coram teſte, ⁊ poni in burſa, ⁊ ſic puto intelligi l. acceptam. C. de vſur.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Reddenda inſtrumẽta. Sed aliter loquitur hic Imo.
b ALEX. ¶ Dyn. dicit. Sed aduerte q2 in hoc ſunt opi. Dyn. de quo hic per Bar. ſecutus eſt Joan. And. in addi. Spec. in tit. de obl. ⁊ ſo. §. ante omnia. ver. ſequit. ⁊c. Ray. in l. ſtipulatio iſta. de verbo. obliga. ſed Jac. Butr. tenet cõtra Dyn. in l. rogaſti. ſi cert. petat. ⁊ hic ſequitur Ang. in l. ſed ⁊ ſi quis. ſ. ſi quis caut. cũ diſtin. an ſit ſolitus fenerari vel non. Et hanc ſol. ſequitur Butr. ⁊ videtur ſequi Bar. in d. §. ſi tibi fundũ. Bar. hic aliter loquitur. ⁊ per hoc quod ipſe tenet hic, facit quod ipſe Bar. no. in ſimili in l. nemo poteſt. in verſ. quero an renunciatio ſimulationis. de lega. j. ⁊ ad literam hoc quod tenet Bar. hic, ſequitur Pau. de Caſt. in l. Julia. §. idem Papinianus. de actio. empt. ſed Salic. diſtinguit in l. rogaſti. §. ſi tibi. ſi certum petat. ⁊ Bal. in l. cum allegas. C. de vſu. tenet contra Bar. hic Ang. vero ⁊ Imo. in d. §. alteri. diſtinguit, vt ibi per eos. ⁊ vide Salice. in d. l. cum allegas. ⁊ vide Bar. in l. qui res. §. qui ſtipulatur. j. de ſol. ⁊ facit ad no. per Bar. in d. §. alteri. ⁊ vide Moder. Inſtit. de actio. §. omnes autem. ⁊ quod not. Bar. in l. ſi dictum. in princ. de euictio.
c ALEX. ¶ Tutius credo. An ſufficiat offerre marſupium in iudicio, adde Bar. in d. l. acceptam. in fin. ⁊ Imo. in l. ſi mora. ſolut. matri. ⁊ quod dixi in d. l. acceptam. in fin, ⁊ adde Bal. in l. ſi ex cautione. in vij. queſt. de non nume. pecu.

LEX LXXXII.

1 ☞ Probationis nomine venit vera.

**Lucius Titius.** Filiatio non poteſt plene probari. h. d. Op. ⁊ videtur, quod poſſit probari, l. filium. ſ. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. Glo. dicit, quod poteſt probari, ficte. non vere. Ad quam ſol. fa-
1 cit quod nota. in l. j. C. quorum bono. Et ſic no. † ꝙ probatio ſim-
a pliciter probata intelligitur de vera[a]: quod tene menti. Facit quod no. in l. j. ſ. de probat. de hoc per Inno. extra de fil. preſbyte. c. Michael. ⁊ Cyn. C. de nup. l. ſi vicinis.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Intelligitur de vera. Hec dictio. probatio ſimpliciter probata intelligitur de vera. Alibi dixit Bart. ꝙ intelligitur de legitima i l. ait pretor. §. j. circa fin. de re iudic. ⁊ vide que dixi poſt Bar. in l. licet Imperator. ſ. de leg. j. ſed vtrum iuramentũ ſit vera probatio. gl. no. in c. j. §. ſi quis. ſi de inue. inter do. ⁊ vaſſal. lis oriatur quam ibi not. ⁊ ſequitur. Bal. dicit quod non, ſed eſt quaſi probatio ſiue loco probationis, quam tene menti, ſecundum Bal. ibi. Adde quod dixi in l. publia. in §. fin. ſ. depoſi. ⁊ predictam gl. etiam ſequitur Bal. in c. j. §. ſacramentum, in prin. de cõſue. recti feu. adde quod notat Bal. in c. j. §. conuenticulã. de pac. iura. fir. vbi omnino ad ma. vide. adde ꝙ ſi poſt terminum nõ poteſt fieri probatio, nec etiã poterat peti ꝙ reſpondeas poſitionibus confitendo. vel negando, vt no. in l. in contractibus. §. illo. ⁊ ibi Bal. C. de non nume. pecu. adde no. Inſtit. de actioni. §. item ſi quis in fraudem. in verſic. in ea. ibi. debet etiam creditor probare, ⁊c. alibi dixit gl in clem. conſtitutionem. de elect. ꝙ ſi lex dicit debere fieri fidem, intelligitur de plena. iſtis adde quod no. Bal. in l. id quod pauperibus. in ri. q. de epiſ. ⁊ cleric. vbi videtur tenere contra Bar. hic. ⁊ etiam Imo. hic. ⁊ facit quod notat gl. in l. fin. in princ. ſ. quod met. cauſ. Et ꝙ iuramentum ſit releuatio a probando. tenet Bal. in auth. ſed nouo iure. C. ſi cert. pet. in vlti. col. ⁊ ibi vide, quod ſi non poteſt fieri probatio in aliquo caſu, niſi per ſcripturam, an poterit decidi per ſacramentum, ⁊ quod nõ ſit proprie probatio, ſed releuatio. tenet Bal. in rubr. de ꝓbat. ⁊ ibi dixi in j. col. Et adde tu Franc. de Are. in rub. de probat. ⁊ ibi Philip. Dec. verſic. ſupereſt.
* CLAV. DE SEISS. ¶ Adde Aret. conſil. cxliij. ⁊ Jo. And. ⁊ Bal. in c. cum dilectus de elect.

LEX LXXXIII.

a **Illis libertis.** [a] Si conditio miſta deficit per caſum, non deficit relictũ alimentorum, niſi fauore eius, in cuius perſona deficit, alimenta fuiſſent relicta. h. d. Op. de l. Seio. in princi. ſ. de ann. leg. Sol. Ibi fuit relictum fauore filiorum, ⁊ ideo concor. cum princ. illius l. Op. de le. Meuia. in prin. ⁊ melius de l. annua. ſ. de ann. lega. Sol. Ibi ſtabat per filium, hic per caſum. Op. de l. in teſtamẽto, ſ. eo. vbi ſi conditio deficit per caſum, deficit legatum, l. legatum. C. de condi. inſer. ⁊ l. j. C. de inſtit. ⁊ ſubſtit. Glo. ſol. quod ſolum hic ſit ſpeciale fauore alimentorum, vt dixi in l. in teſtamẽto. ſ. eo. ⁊ Dy. in c. imputari. de reg. iur. lib. vj. dicit, aut conditio apponit fauore legatarij, aut eius. in cuius perſona dz impleri cõditio aut fauore vtriuſqz, aut dubitat, ⁊ ſic intelligit legẽ in teſtamẽ-
b to, ſecundũ diſtinctionẽ huius l. ⁊ Cy. in l. j.[b] C. de lega. ponit opinio. gl. ⁊ Dy. ⁊ Pe. non tamen firmant. Sed mihi parcat Dyn. ipſe loquitur male, q2 nec hec l. nec aliqua hoc probat. q2. nunquã conditio apponitur in fauorẽ legatarij. Nã ꝙ moret cũ alio. hoc nõ eſt fauore legatarij, ſed alteri9, l. libertis. i fi. de ali. le. ſed heres facilius preſtat alimenta in domo ſua quã alibi. l. eum qui. §. fin. verſ. preterea. cum l. ſequen. ſ. de in diem addic. Sed iſte leges dicunt aliud. ſ. vtrum legatũ principale ſit factum in fauorem legatarij, vel heredis, non autem vtrum conditio deficiat. Pe. vero dicit, ꝙ non eſt ſpeciale fauore alimentorũ, imo dicit, aut eſt cõditio ſucceſſiua, ⁊ tunc ſufficit ſi inchoauit, ⁊ non deficit. lz per caſum non impleatur, vt hic, cum ſimi. Aut eſt conditio momentanea, ⁊ habet locum l. in teſtamento. ſ. eo. Sed nec hoc dictũ Pet. placet mihi. q2 etiam in his que habent cauſam ſucceſſiuaz non ſufficit incipere. l. qui concubinam. §. vxori. ſ. de leg. iij. Unde puto gl. dicere veritatem: ſed ſi iſtud legatum eſſet factum in aliam cauſam quam alimentorum, deficiente conditione legatum non valeret. d. l. qui concubinam. §. vxori. de leg. iij.

ADDITIONES.

a POMA. ¶ Illis libertis. Vide Anch. cõſi. cccxxviij. inci. in primo dub. ⁊ hãc l. exclamat Bal. in l. cũ allegas prope fi. apparat9.
b ALEX. ¶ Cy. in l. j. Adde Bar. ⁊ Bal. d. l. j. C. de le. ⁊ faciunt ad q. de qua ibi per Bal. ⁊c.

LEX LXXXIIII.

1 ☞ Verbum, cum petiero, an faciat conditionem.
2 Cauillatio que dicatur.

2 **Titia heredis.** Legatum factum alicui cũ petierit, non † eſt conditionale. h. d. No. ꝙ verbum, cum petiero, non eſt conditionale, ⁊ videtur impletum quocunqz modo petitur etiam extra iudiciũ, l. amplius non peti. j. rem ra. ha. Facit ꝙ no. gl. in l. qui rome. §. coheredes. j. de ver. ob. ⁊ l. fideiuſſor obligari. in fi. j. de fideiuſſo. Op. ad hoc, ⁊ videtur ꝙ requiratur litis conteſtatio. d. l. amplius. j. rem
a ra. hab. Sol. Quando[a] verbum peto, refertur ad eum, qui ex petitione debet acquirere, tunc non requirit litis conteſtatio: ſed ſufficit ſola petitio extra iudicium, vt hic. Si vero refertur ad eum qui debet obligari. tunc requirit litis conteſtatio. d. l. amplius. Sed quid ſi dixiſſet, ſi petiero? Rñ. facit legatuz conditionale, vt no. in gl. l. ſi decẽ cum petiero. j. de ver. obli. Quid ſi nõ dixit, cum, nec, ſi: ſed dixit, qua die petiero. tex. eſt in l. ſi ita qs promiſerit. circa prin. j. de verb. obl. ſcilicet ꝙ equiparatur dictioni, cum. Facit qd dixi, ꝙ conditio que inducitur per relatiuuz quis, vel qui, eſt tacita. vt
2 dixi ſ. eo. l. j. Ultimo no. † hic verba, que ponuntur in contractib9 dotis, ſine vlla cauillatione, que dicatur cauillatio, dic vt in l. natura cauillationis. j. de verb. ſigni.

ADDITIO.

a AND. BARB. ¶ Sol. quando. Et vide Bar. in l. amplius. j. rẽ

rát.ha.l.ſi quis maior.C.de tranſac.⁊ l.vbi pactum.eo.tit.

LEX LXXXV.

1 Dictio ⁊,facit conditionem,
2 Dictio cum,vbicunqꝫ inducit ordinem,facit conditionem.
3 Medium inter mortem ⁊ aditionem hereditatis an ſit dare.

**IVlianus** Seruus manumiſſus, vel alienatus legatum non conſequitur, niſi impleat
conditionem,in cuius euentum legatum eſt expreſſe collatum. Item reg.Catoniana non impedit legata,quorum dies cedit ab adita hereditate,niſi heres neceſſarius exiſtat. h.d. Diuiditur in
1 duas partes.Secunda ibi,cum vero.No.text.ibi,⁊ ita†quod per ⁊,inducitur conditio.No.tex.ibi,veluti cum in tempus.⁊c.nam
niſi fuiſſent hec verba,non procederet hec lex,⁊ ibi datum, alias ſub conditione libertatis videretur relictũ.Ita dicit Dy. in l.cũ
ſeruus.ſ.eo.⁊ finem huius legis habuiſtis plene in l.queſitum.§. preſentis.ſ.de lega.j.¶Op.⁊ videtur quod dictio ⁊.nõ facit cõ
ditionem,l.ſi heredi plures,ſupra de conditio.inſti,⁊ l.ſi ita quis heres.ſ.de here.inſti.⁊ l.triplici.j.de verb.ſig.Dicit gl.ꝙ hoc in
ducit dictio,ita.Ego non curo vtrum ſit dictio ita,vel dictio ſi.l.
2 ſi peculium.in prin.j.de ſtatuli.Ubicunqꝫ †enim dictio cum,facit ordinẽ,inducit conditionẽ,l.mulier.de condi.inſti.⁊ l.ſi pecul.nm.
§.his cui.de ſtatuli,¶Op,de l.qui filio.§.ſi quis ſeruũ.ſ.de her.
inſt.Sol.Hic loquitur in duob.caſibus certis:primo qñ expreſſe in tempus libertatis legatum fuit collatum ſecundo ,quando
legatũ fuit relictũ pure hoc expreſſo . Sed lex cõtraria loquitur quando fuit ſimpliciter relictum non adiecto ꝙ deberetur pure,
vel in tẽpus libertatis.Facit pro hoc quod dixi in l.heres.ſ.eo.
¶Op.de l.ſi in diem.§.ſeruo.ſ.eo.Sol.Ibi erat conditio expreſ
a ſa,que tacite inerat.¶Op.adempta[a] libertate videtur ademptũ
legatum,l.ſi ſeruo.ſupra de adim.lega.Sol.Ibi fuit adempta libertas expreſſe,hic tacite per alienationem:licet quidam ibi aliter dicant,⁊ male,q̃ propter alienationẽ nõ extinguitur legatũ.
3 l.qui filio.§.ſi quis ſeruum.ſupra de here.inſti.Ultimo†no.[b] ꝙ in
b ter mortẽ,⁊ aditionẽ non eſt dare medium,vt hic.¶Quero,quid in filio ſuo? Dicit gl.ꝙ eſt dare medium,cũ habeat beneficiũ abſtinendi.Contrariũ tenet gl.ſuper verb. hereditatem . in l.ſi alienũ.§.in extraneis.ſupra de here.inſti. ⁊ Dy. tangit in l, nam nec
emancipatus.ſ.de leg.j.Ueritas eſt,ꝙ de iure ciuili inter mortẽ, ⁊ aditionẽ nõ eſt dare medium,vt hic,⁊ l.ſi poſt mortẽ.ſ.de lega.j.
⁊ l.queſitum.§.preſente quidem.eo.tit.⁊ hoc in inſtituto pure.ſed in inſtituto ſub conditione ſecus,l.in conditionibus. ſ.eod.circa
prin.ſed de iure pretorio dico quod eſt dare medium, vt hic not.
⁊ l.nam nec emancipatus,ſupra de lega.j.dixi plene in l.ſi.ſ.de cõ
di.inſti.Sed quid operatur exiſtentia ſui heredis de iure ciuili? dic vt in l.ſi filius qui patri.de vul.⁊ pupil.

ADDITIONES.

a ALEX.¶Op.adempta.Sed contrariũ tenet glo.in d.l.ſi ſeruo.
quam potes ſaluare ſecundum Dy Ray.⁊ Jmo.quando alienatio fuiſſet voluntaria,per l.fideicõmiſſa.§.ſi rẽ.de leg.ij. Quid in hereditate,vide tex.no.in l.ſi ita ſcriptũ.§.regula.ſ. de libe.⁊ poſthu.adde ad hanc l.que conſuluit Bal.conſ.cxliiij.lib.iij.
b ¶Ultimo no.Et an tũc habeat locum reg Catoniana.l.ſi optio.
ſ.de opt.leg.ſecundum Bal.in l.vnica.de cad.tol.

LEX LXXXVI.

1 Secundo quod legatur,an videatur a primo ademptum.
2 Legatum conditionale non venit in publicationem bonorum.
3 Incontinenti faciens non videtur ſe corrigere.

**QVodtraditum.** In libertatibus leuiſſima ſpectatur conditio,
in legatis vltimo loco ſcripta,ſi ex interuallo fuit appoſita: ſed ſi incontinenti, legatarij eſſet electio , niſi ſecunda ſub
commemoratione prime ſcribatur.h.d.cum dua.leg.ſeq.⁊ no.bene hunc tex.Opp.j.l.proxi.Sol.Hic loquitur in libertate data directo,in l.ſeq.per fideicõmiſſum.Op.⁊ videtur ꝙ in ſeparatis cõ
ditionibus ſufficiat alteram exiſtere,non curo quã l.ſi heredi plures.de condi.inſti.Sol.Ibi loquitur quando ſeparatim,i.diſiunctim:hic qñ ſeparatim,i.in diuerſis partib.teſtamẽti,l.ſub diuerſis.ſ.eo.Op.de ver.ꝙ ſi pure.Sol.in prin.loquit,qñ ex interuallo,in ver.ꝙ ſi pure,loquitur qñ incõtinenti.Op.tu dicis,ꝙ ex interuallo.⁊c.contra q̃ imo teſtamentum quod fit ex interuallo,nõ
valet,l.heredes palam.in prin.ſ.de teſta.Sol. Intelligas ex interuallo,q̃ interuenit actus qui pertinet tãtũ ad teſtamẽtũ ipſum
non autẽ alij.Op.de l.ſi te ſolũ.de here.inſt.Sol.gl.no.ibi, ⁊ dicit ꝙ hic loquitur in legatis,ibi in inſtitutionibus,quod tene mẽti.
1 Op.†ad fi.l.⁊videtur quod iſta lex deſtruat totam materiã cõiunctorum re,l,ſi pluribus.ſ.de leg.j.⁊ l.re cõiuncti.ſ.de le.iij.⁊ Inſt.
eo.tit.§.ſi eadẽ res,vbi in dubio non videor adimere primo,quod lego ſecundo:hic dicit contrarium.Dy.in l.ſicut.ſ.de adi. le.videtur dicere,quod ille leges intelligantur ſecundum iſtam , videlicet quod ibi legatur ſecundo ſine commemoratione primi, alias
ſecus,ſed glo.in d.l.ſicut.dicit cõtrarium.Quid dicemus? Caſus
a eſt contra Dy.[a] in l. Julianus.j.de her.inſti.⁊ l.triplici.j.de verb.
ſig.Quare quidam dicunt,quod ille leges habent locum in hereditatibus:dictum Dy.in legatis. Ego credo idem in hereditatibus,⁊ legatis,arg.ad hoc l. Titius. Seius.cum l.ſeq.ſ.de her.inſti. Ad hanc l.reſpondeo,quod habet locum qñ eidem perſone relinquitur,primo vno modo:ſecundo alio modo,ſub commemoratione primi:ſed lex contraria quando diuerſis perſonis. Ratio,
q̃ in eadem perſona facilius preſumitur nouatio, quam in diuerſis.l.j.in ſi.j.de ſtipu. ſer. Dices tu , hoc eſt contra caſum l.quoties.j.de noua. ⁊ Inſt.quibus mo.tol.ob.§.preterea. ⁊ C.de noua.l.ſi.vbi interuentu noue perſone inducitur nouatio.So. Ibi
eſt interuentus noue perſone ex parte eius qui obligatur:ſed hic loquitur ex parte eius .cui acquiritur obligatio , ⁊ ideo non preſumitur nouatio,l.j.in ſi.de ſtip.ſer. ¶ Quero,ad quid prodeſt electio legatario? Rñ.gl.prodeſt ſibi. ſi vno tempore eſt capax, ⁊
2 alio non. Item †forte ſunt publicata bona ſua:nam tunc non ve
b niunt legata conditionalia,[b] quod tene menti.* ¶Quero, que
* eſt ratio differentie , quando incontinenti , ⁊ quando interuallo.
3 Dicit glo.quod quando incontinenti,non videtur velle ſe corrigere,quod tene menti.

ADDITIONES.

a ALEX.¶Caſus eſt contra Dy.Adde Bar.⁊ doc.in l.cotidianum.C.de leg.
b ALEX.¶Legata cõditionalia.No.quod quando publicantur bona,non veniunt legata conditionalia, ⁊ ſic conditionalia iura non tranſeunt ad fiſcum ex publicatione bonorum. hanc gl.pro qua eſt caſus in l.intercidit.ſ.eo.quod limita verum in iure cõditionali cõditione caſuali.ſec? ſi illa iura ſint cõditionalia cõditione poteſtatiua,q̃ tũc trãſferunt in fiſcũ.Caſus eſt cũ gl.in l.ſi facto.§.fiſc?.ſ.e. Hoc etiã limita in iure cõditionali ex vltima volũtate,ſecus ſi ſint conditionalia ex contractu inter viuos,quoniã illa transferunt in fiſcum omni caſu, quecunqꝫ ſit conditio caſualis,ſiue mixta.Caſus eſt menti tenendus in l.inter ſocerum.§.ſi.ſ.de pac.dot.Et hoc vltimum tenet hic Im. His adde l. quoties.in ſi.⁊ ibi glo.⁊ Jno.j.de noua. ⁊ ideo etiam non venit futura ſubſtitutio.l.ex facto.§.j.⁊ ibi Bal. de vul. ⁊ pupil.Facit l.ſi tibi mãdauero.§.is cuius.ſ.mãda.p Bart.in l.j.ad ſi.j.de bo.dam.⁊ Bar.⁊ doc.in l.ſi finita.§.ſi de vectigalibus.de dam.infec. Et qñ cõditionalia iura trãſeant in fiſcũ,vide Bal.in no.q.in l.ſi.in vlt.q.de cõtrah.emp.⁊ per Bal.etiã in l.j.C.de bo.lib. An autem obligationes cõditionales paſſiue trãſeant in fiſcum, ⁊ certe non ſecundũ opi.Bar.⁊ communem in l.quoties.per illum tex.de noua.⁊ ſimiliter legatũ,⁊ fideicommiſſum cõditionale paſſiuum tranſeunt contra fiſcũ.l.ſtatius.§.Cornelio.de iure fiſc.Et videtur quod ibi bona que tranſierunt ad fiſcum,tranſiuerũt cũ ſua cauſa.Et examinat etiã iſta Roma.in l.ſi marito ſo.matri.Et iſta gl.eſt ſin. ſecundũ Bal.in l.etiã.in vlt.col.C.ad l.Falci.⁊ alij Bar.in l.poſtquam.in princ.j.vt lega.nomi.ca.⁊ in l.ſi quis arbitratu.j.de verb.oblig.⁊ concludit Ro.idem quod Jmo.hic,⁊ ... gl.per d.l.in facto,vt dixi,ſ.⁊ hanc gl.dicit eſſe no.Bal.in l.ſi.C. de her.inſti.⁊ primo loco dicta alleg.Roma.in no.ſuo.cxxx. Abb. de an bona poſtea queſita tranſeant in fiſcũ, Abb.cõſ.... 
* CLAV.DE SEISS.¶Tene mẽti.Uide Ro.cõſ.cclvij.col.j.

LEX XCI.

1 Antecedens qui vult,vult ⁊ conſequens,ſine quo illud antecedens ſtare non poteſt.
2 Extraordinarie ſubuenitur quando fit officio iudicis.
3 Pater,cui eſt factũ legatum vt emancipet filiũ, an teneatur ipſi filio reſtituere legatum factum filio,an etiam factum ſibi.
4 Pater rogatus de reſtituẽdo filio, an dicat rogat? vt emãcipet.

**SI cui legatum.** Rogatus emancipare filios, non poteſt cogi iure actionis,
1 ſed officio iudicis. Item qui†vult antecedens,vult ⁊ conſequens ſine quo illud de quo queritur nullius eſt momenti.h.d. cum leg.
ſeq.⁊ diuiditur in duas partes.Secunda ibi,cui rei.No.tex.ibi, eum qui agnouerit,⁊c.⁊ ibi,fuiſſet legatum, ⁊c. quo caſu emancipatio agnitionem debet precedere vere: ⁊ ibi, emanciparet, quo caſu ſtatim poteſt peti legatum preſtita cautione de emancipando. Ratio, quia ſecundum precedentem conceptionem
2 eſt relictum ſub conditione,hic ſub modo. Not.ibi†quod vbi lex dicit extraordinarie ſubueniri,intelligitur officio iudicis, vt ſtatim dicã,Op.de l.filiusfami.§.ſecundũ vulgarẽ.ſ.de lega.j.Sol. Ibi de rigore,hic de equitate,⁊ ideo actione ex teſtamẽto nõ petitur,ſed extraordinario iudicio,i.officio iudicis.alleg.glo.l.cũ filius.ſ.ſi cer.pet.Op.ꝙ pater non cogit,vt Inſti.qui.mo.ius pat. po.ſol.§.ſi.Sol. Illud regulare,iſtud ſpeciale,q̃ pater agnouit legatũ,* l.cogi.§.ſi pater.⁊ ibi no.j.ad Treb.⁊ ibi eſt bon? tex.ſi be
* melior quam ſit,in l.quãuis.C.de f.deicom.Op.de l.vxorem.§.hec
tor.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

res, ff. de leg. iij. Sol. Cogitur emancipare, vt hic, ⁊ non adoptare,
3 vt ibi. ¶ Quero, vtrum † pater emancipatus teneatur reſtituere relictum ipſi filio tantum, an etiam relictum ſibi? Gl. dicit, quod vtrunq;, ⁊ male, vide eam ſuper ver. fideicommiſſi. ⁊ male dicit, qꝛ non debet reſtituere, niſi quod fuit relictum ipſi filio, ⁊ per ipſum filium patri acquiſitum, vt ī. prox. §. ſed illud quod eſt relictum ſibi, retinet ſibi, l. cogi. §. ſi pater. ī. ad Treb. Sed contra id quod dixi facit l. mater. in fi. ī. e. Reſpond. quocunq; iure querat, ſufficit quod teſtator filio relinquat. Nam videtur voluiſſe quod
4 filio reſtitueret. ſecus ſi non relinquat. ¶ Quero an † rogando ꝙ reſtituat, videatur rogare quod emancipet? Gl. quod non, ſed videtur dilatum fideicommiſſum in tempus emancipationis, ⁊ allega l. vbi pure. ī. ad Treb. ſcripſi in l. cum filio. ff. de lega. j. verſ. oppono contra hoc qꝛ ſecundum, ibi videtur dilata.

ADDITIO.

* CLAVD. DE SEISS. ¶ Legatum. Quid in cōtractibus, ſi promiſſum eſt aliquid patri, vt filium emanciparet, an cogi poſſit. vide gl. ⁊ ꝙ ibi no. doc. in l. j. ī. de verb. obl. ⁊ ibi ponit Alex. remiſſiue quando pater poſſit cogi filium emancipare, ⁊ quando filius inuitus emancipari.

LEX XCIII.

**Cum ita.** Hanc l. declaraui in leg. ſub diuerſis. in fin. ff. eo. quid ſi dicit Titio heredi? Rñ. ſecus, qꝛ debemus inſpicere quod preceſſit, vt dixi in l. ſub diuerſis. in fi. ⁊ l. in teſtamento ff. eo.

LEX XCIIII.

a **Legatum.** [a] Legati tranſlatio in dubio videtur fieri ſub eadem conditione. h. d. Simile habes in l. legatum ſub cōditione. ff. de adi. leg. Op. de l. ſub conditione. ff. de here. inſti. Sol. gl. aliud in legatis, aliud in hereditate. Non credo hoc verum, quia ibi loquitur quando hereditas de vno ad alium trāſfertur in modum ſubſtitutionis, ⁊ tamen idem puto in legato, l. Titius. cum l. ſequen. ff. de heredibus inſti. Sed ſi per modum tranſlationis, vt ſic, ſi quid Titio legaui, ita adimo, ⁊ Sempronio lego: ⁊ tunc idem in hereditate, quod in legato. Ita dicit Rayn.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Legatum. Vide ſingu. Bal. in l. Caio. in prin. de adi. leg. ⁊ in l. Titio. §. ſerui. in fin. ī. eo. ⁊ firmat hoc Imo. qꝛ cauſa, in quam tranſfertur, eſt priuilegiata, quia equiparata eſt cauſe libertatis. iuxta no. in leg. proxime. ff. de his que in teſtamen. delen. Ad materiam huius legis vide que ſcripſi poſt Bart. in l. aut facta. §. fin. ī. de penis.

LEX XCV.

**Titio vſuſfructus.** Non dicitur deſinere, quod eſſe non incipit. h. d. Opp. de l. iij. §. deſinere. ff. vſufruct. quemad. ca. Sol. hic rigor, ibi equitas. Vel dic vt ibi dicit gl. quod ibi incepit ſaltem de facto, hic nō potuit incipere, de iure, nec de facto.

**§. Serui.** Fauor libertatis fauori nuptiarum prefert. h. d. Et no. bene. Per hanc l. dicit Guliel. ꝙ ſi alicui inducitur viduitas, vel apponitur conditio, quod nubat de conſenſu tertij, ⁊ ſi ſecus fecerit quod bona vadant in aliquem pium locum, ꝙ iſto caſu non reijcitur conditio: qꝛ cauſa, in quam
* transfertur eſt priuilegiata, * vt hic. ita dicit ff. de inſtitoria, l. ſed ⁊ ſi pupillus. §. conditio. quod an ſit verum, ad preſens non firmo.

ADDITIO.

* CLAVD. DE SEISS. ¶ Priuilegiata. Iſtud dictū ſimpliciter ſequitur Ro. in repe. auth. ſimiliter. in ij. ſpeciali pie cauſe inter vltimas voluntates. ⁊ Aret. conſi. lxvij. vbi videtur extendere etiam ſi non directo ⁊ immediate vocaretur pia cauſa, ſed per reſtitutionem fiendam ab alio.

LEX XCVI.

1 ☞ Populus poteſt iurare per alium.

1 **Municipibus.** [a] Municipes poſſunt iurare per eos, qui regunt municipiū.
a
b h. d. No. † quod [b] populus poteſt iurare per alium. Oppon. de leg. que ſub conditione. ff. de condit. inſtit. ⁊ leg. hec ſcriptura. ff. eod. Solu. Ibi loquitur de iuramento futuro, hic de preterito.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Municipibus. Ad materiam huius legis vide quod ſcripſi poſt Bar. in l. aut facta. §. fin. de pen.

b AND. BAR. ¶ No. quod. An autem quis poſſit per procuratorem iurare, vide c. ij. de iura. calum. in vj. ⁊ in c. licet de teſt.

LEX XCVII.

1 ☞ Conditio tacita que dicatur, ⁊ quando impediat tranſmiſſionem.

2 Teſtator poteſt impedire tranſmiſſionem.

3 Conditio tacita extra teſtamentum que venit in poteſtatem legatarij, impedit tranſmiſſionem legati.

a **Conditiones.** [a] No. hanc legem que eſt ſolennis, ⁊ non indiget ſummario gl. hic nihil dicūt. Opp. ⁊ videtur quod tacita condi-
1 tio impediat tranſmiſſionem, vt ī. eo. l. aliquando. Solu. † Tacita conditio poteſt eſſe duobus modis. Vno modo que venit extra teſtamentum. vel ex rei legate natura, vel ex legis diſpoſitione: nam non voluit lex valere legatum aliter, niſi adeatur hereditas, ⁊ talis conditio non impedit, vt hic. Quedam ſunt conditiones tacite que veniunt ex ipſo teſtamento, qꝛ teſtator ſic voluit, ⁊ tūc impeditur tranſmiſſio, l. aliquando. ⁊c. b. d. text. in l. quod pure. ī. qñ dies leg. ced. ⁊ Azo in ſumma, C. quan. dies leg. ced. ¶ Ex his dico quod conditio que inducitur ex tacita repetitione in legato impedit tranſmiſſionem, vt ff. eo. l. duos. Idem dico in conditione que inducitur per dictionem cum. quia hec conditio principaliter denotat tempus, ſecundario conditionem, ⁊ tunc impedit tranſmiſſionem, l. heres meus. ff. eo. ⁊ l. ſi cui. §. j. ff. de legat. j. Itē conditio qui, apponitur per relatiuum quis vel qui, eſt tacita, ⁊ illa impedit trāſmiſſionē, niſi eſſet talis cōditio q̄ eſſet apta ſuſpēdere poſt mortē teſtatoris, nā omnis cōditio, q̄ venit ex teſtamēto trāſmiſſionē impedit, ⁊ ita loquit̃ hic text. Itē op. ⁊ videt̃, ꝙ conditio que venit ex teſtamento, non impediat tranſmiſſionē, l. aliquando. ī. e. ⁊ l. iij ff. de leg. j. Sol. Ibi erat tacita, ⁊ illa in dubio vi-
2 detur venire extrinſecus: ⁊ ideo dico in dubio, ꝙ † ſi teſtator vellet impedire tranſmiſſionem, poſſet, vt eſt caſus in l. in cōditionibus. §. j. ff. eo. Op. ⁊ videtur, ꝙ conditiones intrinſece impediant trāſmiſſionem, l. miles. §. pro parte. cum gl. ff. de lega. ij. Sol. debes li-
b mitare [b] hoc dictum, † conditio tacita que venit extra teſtamentū,
3 non impedit tranſmiſſionē, niſi veniat ex poteſtate legatarij, [c] tūc
c enim impedit. vt d. l. miles. §. p parte. ⁊ no. in l. filio pater. verſi. ſed contra hoc op. ff. de leg. j. tetigi in l. qui filiabus. §. ſi. ⁊ l. ſeq. eo. tit.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Cōditiones. Limita hanc legē, niſi talis cōditio ineſſet ex preſumpta mente teſtatoris. arg. l. legatum. ff. eo. ſecundum Imo. in l. miles. §. j. de leg. ij. Adde tñ ꝙ licet relictum pro dote ſit cōditionale. conditione tacita. vt no. Bar. in l. j. ff. eo. dum querit, quid in nomine, ⁊ ff. eo. l. quibus diebus. §. Termilius. ⁊ in l. ſed ⁊ ſi pro dote. ff. de leg. preſt. perfecta tamen non trāſmittitur. l. Titio centum. §. Titio genero, verſi. ante nuptias. ff. eod. Cogita. ⁊ conditio que apponitur per relatiuum quis, vel qui, eſt tacita. ⁊ illa impedit tranſmiſſionem. ⁊ hoc etiam tenet Imol. in l. Stichū qui meus erit. de lega. j. ⁊ Bal. in rub. C. de inſti. ⁊ ſubſti. ⁊ Bal. ⁊ Imo. in l. qui filiabus. §. ſi. de leg. j. ⁊ in l. cum quidam. la ij. de lega. ij. adde an legatum dotis ſit purum, vel cōditionale, pulchre Ancha. conſi. cclxxxiij.

b ALEX. ¶ Debes limi. Sed Bal. in d. l. qui filiabus. §. ſi. aliter dicit ad intellectum d. §. pro parte. hic alle. ⁊ dicit ꝙ communiter approbatur, ſed ſm Imo. ibi, non videtur hoc verū, qꝛ illa conditio ſi adierit hereditatem, videt̃ verificata in vltimo momento, ſeu articulo mortis, in quo eſt certum amplius non poſſe adire, vt eſt caſus cum gl. ſing. in l. ſi qñ di. le. ce. Vnde dic melius ſm eum, ꝙ intelligitur relictum ſub conditione ſi heres repudiauerit, quam cōditionem eſt certū extitiſſe, ex quo nō adiuit, vel repudiauit, ⁊ ad prealle. l. vide conſimilem in l. ab omnibus. §. cum quidam. de le. j. ⁊ idem videtur velle Imo. in d. §. pro parte. poſt Bart. ibi ⁊ quid in cōditione tacita, puta ſi volueris, an impediat tranſmiſſionē, vide Bal. in l. quoniam in prioribus. de inof. teſt. qui tenet ꝙ non.

c ALEX. ¶ In poteſtate legatarij. Limita vt hic per Imo. ſi conditio deficit morte legatarij, alias videret̃ ſecus, lꝫ penderet a voluntate legatarij. per l. que ſub conditione. §. ſi. de cond. inſt. cū gl.

LEX XCIX.

1 ☞ Allegans contraria non auditur.

* **Titie.** * † Allegans cōtraria nō auditur. h. d. Op.
1 ⁊ videtur, ꝙ iſta veniat tātum vt nupta, nā primum legatū petit vt nupta, cōditione habita pro nulla. Item ſm petūt adhuc vt nupta, ⁊ ſic nō eſt cōtraria. Reſpon. per l. mulieri ⁊ Titio. ff. eod. vbi dicitur, ꝙ mulier admittitur perinde ac ſi conditio eſſet impleta, ⁊ ſic habet vt vidua in dubio, ⁊ ſecundum petit vt nupta, ⁊ ideo eſt ſibi contraria. Opp. de l. Papinianus. § ſed nec impuberis. ff. de inof. teſt. Sol. Ibi excipiendo, hic agendo: vel ibi contra diuerſos, hic cōtra eun-
a dem. De quo dic per Dy. in c. [a] nullus pluribus. de reg. iur. li. vj. ⁊ per Cyn. in l. j. C. de furtis.

ADDITIONES.

* CLAVD. DE SEISS. ¶ Titie. Quid iuris ſi teſtator legat filie centum ſi nubat, ⁊ quinquaginta ſi intret monaſteriū, demū ingrediatur monaſteriū, dic ꝙ habebit centum ac ſi nupſiſſet. tex. eſt in §. ſed ⁊ hoc preſenti. in auth. de ſanctiſ. epiſ. Io. an. in addit. ad Spec. ſuper rub. de ſtat. monac.

a ALEX.¶Dyn.in c.Et ad not.hic per Dyn.vide not.Bald.in auth.qui rem.in pꝛin.C.de ſac.ſanc.eccle.

LEX C.

1 ☞Nolle non dicitur qui non poteſt velle.
2 Subſtitutio facta in caſum ſi noluerit, an poꝛrigatur ad alium caſum ſi non potuerit.

1 **PAter Seuerinam.** Non†dicitur,nolle,qui non poteſt velle,h.d.Op.gl.de l.qui vas.§.vetare,ĩ.de fur. Sol. Ibi loquitur in pꝛohibente petere,ꝛ ibi erat perſona, in quam cade
a bat noluntas,[a]ꝛ voluntas.Uos videtis,ꝙ hec conditio, ſi noluerit,non verificatur per euentum,ſi non potuerit.imo deficit con
2 ditio omnino,vt videtis hic.Hoc†videtur contra id quod dixi vobis,quod vulgaris ſubſtitutio facta in vnum caſum, ſi noluerit poꝛrigitur in alium,ſi non potuerit,vt plene dixi in l.vlt.C.de inſti.ꝛ ſubſti.ꝛ in l.Gallus.§.ꝛ quid ſi tantum.ſ̃.de lib.ꝛ poſth.ꝛ vidiſtis no.in l.ex facto.ſ̃.de here.inſti.Ray.in tracta.ſubſtitutionum dicit ꝙ illa lex vltima loquitur in inſtitutione ꝛ ſubſtitutione:hic loquitur in legatis.Sed quid ad factum, nam ſubſtitutio vulgaris habet locum in legatis,ſicut in hereditatibus,l.Titius ꝛ Seius,cũ duabus legi.ſeq.ſ̃.de here.inſti. Dic ergo,ꝙ hic fuit facta ſubſtitutio in penam,ſi nollet nubere: ſed vbi omnino non eſt delictum,non eſt pena,l.aliud eſt frans.ĩ.de ver.ſig. Iſta ergo mulier que non potuit eſſe ſi vellet,non debet pꝛiuari legato.

ADDITIO.

a ¶Cadebat noluntas,Et no.Bar.in l.j.ſ̃.de vulg.ꝛ pupil.in ĳ.q.pꝛinc.ꝛ Imo.in l.ex poſt facto.la j.de here.inſti.

**§.Ita fideicommiſſo.** Non videtur ſine liberis decedere, qui vnicum filium reliquit,h.d.

1 ☞Uerba directa ſubſtitutionis,an obliqnentur.

a **§.Conditionum.** [a]Uerba ad tempus poſſunt ſtare in pꝛopꝛia ſignificatione,ꝛ poſt tẽpus trãſire ad impꝛopꝛiã,h.d.ꝛ eſt not.caſus. ꝛ facit multũ ad materiã ſubſtitutionis cõpendioſe.Op.gl.multũ forti
1 ter de l.verbis ciuilib.ꝛ l.in pupillari.ſ̃.de vulga.ꝛ pup.†vbi verba directa nunquã obliquantur.Gl.nõ ſoluit.Ray.dicit,quod
b hic ideo,qꝛ interuenerat noua confirmatio[b]iudicis,que cõfirmatio in ſubſtitutione interuenire nõ põt.Sed quid ad factũ? Ego non recoꝛdoꝛ quid dixi in l.pꝛecibus.C.de impu.nunc dico ſic, ꝙ iſta lex ſecundũ coꝛticem verboꝛum facit multum cõtra. Sed bene reſpiciẽdo nihil facit. Dico ergo,quod diſpoſitio de qua hic loquitur,habet cauſam continuam, ꝛ ſucceſſiuam omni parte tempoꝛis. Omnĩ enim parte tempoꝛis gerit tutelam.Unde merito de neceſſitate debemus intelligere teſtatoꝛem ſic intellexiſſe:ſed ſubſtitutio compendioſa non habet cauſam continuam, ꝛ ſucceſſiuam,qꝛ non poteſt moꝛi toto illo tempoꝛe, ſed in vno puncto tantum,ꝛ ideo teſtatoꝛ vnifoꝛmiter intellexit,ꝛ ideo ſi fuerunt ſemel directa,nunquam obliqnantur.Item op.gl.de l.ſi.ſ̃.mand. Sol. Illa concoꝛdat,non diſcoꝛdat.

ADDITIONES.

a AND.BAR.¶Conditionum.Et vide Lud.Roma. in cõſ.xiiĳ.incip.idem videtur concludendum.vbi loquitur pꝛolixe quando verba impꝛopꝛiantur.

* CLAVD.DE SEISS.¶Nunquid autem iſte text.pꝛocedat, etiam ſi dixit curatoꝛem,cum eſſent ſibi pupilli,vide Aret.conſi.lxvj.vbi etiam ponit in j.dubio,quid ſi teſtatoꝛ dixit pꝛocuratores,ꝛ bonoꝛum adminiſtratoꝛes.

ALEX.¶Conditionum.Hunc.§.alle.no.Bal.in l.neq;.de pcu.

b ALEX.¶Nona confirmatio. Melioꝛ eſt ſol. quam pꝛopoſuit Bar.in l.in pupillari.de vul.ꝛ pupil.hic alleg.

1 ☞Expectare moꝛtem viri quando ſit triſte.
Mulieres omnes ſunt male.
2 Conditio affirmatiua reſoluitur in tacitam negatiuam.

**§.Socrus.** Conditio,que poteſt impleri in vita legatarĳ,expectatur, nec eſt locus Mutiane cautioni.h.d.Op.ꝙ expectare illã cõditionem ſit triſte, l.cũ tale.
1 in pꝛin.ſ̃.eo.Sol.ꝙ non eſt aliquãdo mulieri triſte. Hec ratio†nõ videtur bona,qꝛ imo triſtantur bone mulieres,l.ſi.ĩ.in ſi.j.reſpõ.C.de iure do.Ray.dicebat ꝙ mulieres male gaudent,bone triſtãtur.Sed regula eſt ꝙ omnes mulieres ſunt male.vt in auth.vt ſine pꝛohi.ma.debi.aut credi.§.qꝛ vero.ergo inſpicitur quod cõmuniter accidit iſta ratio non eſt bona,qꝛ mulieres diligunt virum etiam vltra filios.Quare dico,quod poteſt eſſe talis conditionis vir ꝛ vxoꝛ,quod expectare moꝛtem viri non eſt triſte, vt ſi vir eſt
2 ſenex,vxoꝛ iuuenis,vt dixi in l.Mutiane.ſ̃.eo.vltimo not.† quod conditio affirmatiua reſoluitur in tacitam negatiuam,vt hic,cui concoꝛ.l.cum ita.ſ̃.eo.l.Mutiane.vbi dixi.

a **§.Fideicommiſſa.** [a]Dictio quandiu, facit conditionem.h.d.Opp.de l.ſi... C.de condi.inſer.Sol.vt in gl.

ADDITIO.

a ALEX.¶Fideicommiſſa.Uide no.per Imo.in l.in teſtamento ad fin.ſ̃.eo.poſt Cy.ꝛ Bal.in l.j.C.de inſti.ꝛ ſubſti.

LEX CI.

3 ☞Rogatꝰ reſtituere,ſi deceſſerit ſine liberis, vel cũ liberis decedentibus intra xx.an.intelligit̃ ꝙ dicti liberi decedant ſine filĳs...
4 Rogatus reſtituere ſi deceſſerit ſine filĳs maſculis,non intelligitur de feminis,ſed femine debent dotari arbitrio boni viri.
5 Rogatus reſtituere ſi deceſſerit ſine filĳs maſculis,ꝛ ſi habuerit feminas reſtituat centum,ſi rogatus deceſſit cum maſculis ꝛ feminis,an habeat locum fideicommiſſum.

* **CUm auus.** *In fideicommiſſo vniuerſali relicto a filio poſt moꝛtem,ſubintelligitur ſi deceſſerit ſine filĳs,h.d.Multũ admiratur Imperatoꝛ de hoc caſu l.cum accutiſſimi.C.de fideic.Et hoc, quando rogatur poſt
a moꝛtẽ:ſecus ſi in vita:quod dic vt ibi, [a]ꝛ etiam poteſt eſſe ratio, qꝛ ſicut teſtatoꝛ pꝛetulit ſubſtitutum filio,eadem ratione nepo
1 ti.¶Quero,quid†ſi talis ſubſtitutio ſit a matre vel ab aſcenden
b te per lineam maternam? Rñ.idem,[b]ꝛ eadem eſt ratio, ... locum in filĳs naturalibus,l.generaliter.§.cum autẽ ... ſubſti.ꝛ no.ibi.Idem ergo ſi fiat ſubſtitutio nepoti ...
2 ſecus ſi extraneo vt no.in d.l.cum acutiſſimi.¶Qu...
c decedens rogat aſcendentem? Reſpon. puto ꝙ non ... non eſt ratio eadem,ꝛ hec l.ꝛ ſimiles loquuntur ſolum deſcendentibus rogatis:ſecus in aſcendentibus,vel extraneis ...
3 det̃ tenere gl.ĩ.ad Tre.l.ex facto.§.ſi qs rogatus.¶Quero ſi quis rogatus eſt reſtituere ſi deceſſerit ſine liberis,vel cũ liberis decedentib.intra xx.an.an intelligat̃ ꝙ dicti liberi decedant ſine filĳs? Puto ꝙ ſic,per hãc l.ꝛ l.cũ acutiſſimi.C.de fideicõ.etiã ſi dicti liberi ſunt concepti,ꝛ nati poſt moꝛtẽ teſtatoꝛis,arg.ĩ.de ...
4 li.l.Paulꝰ.§.Paulꝰ.¶Quero,†dicit teſtatoꝛ, rogo filiũ ꝙ reſtituat ſi deceſſerit ſine filĳs maſculis, an ſubintelligat̃,vel feminis. Videt̃ ꝙ ſic,per hanc l.ꝛ ſimiles.Contrariũ puto, qꝛ ex eo ꝙ voluit maſculos excludere ſubſtitutos, videt̃ voluiſſe ꝙ femine
d excluderentur,[d]ar.ſ̃.e.l.cum ita.puto tamen filias debere competenter dotari ab ipſo filio,per auth.res que.C.commu.de le.ꝛ quod dixi ĩ.ad Trebel.l.a filia. vel ſi ipſe filius non facit, dotabitur a iudice,arg.de iure do.l.pꝛofectitia.circa pꝛin.¶Quero, quid ſi
5 dixit.ſi†filius meus deceſſerit ſine filĳs maſculis:relictis feminis, rogo ꝙ reſtituat hereditatem Titio tantum: ꝛ ſi habuerit maſculos,reſtituat tantum:contingit quod deceſſit cum filĳs maſculis,ꝛ feminis,an debeatur legatum. Et videtur quod ſic,vt ſ̃.de lib.ꝛ poſth.l.ſi ita.Cõtrarium dico, quia illud de ... teſtamenti,ꝛ inſtitutionis conſeruande,de rig... citur.In hoc ergo fideicommiſſo, quod eſt onus ... ſed videtur defecta conditio,vt ſ̃.eo.l.in conditionibus ...

ADDITIONES.

* CLAVD.DE SEISS.¶Cum auus.Iſtud extendit ... clvj.etiam ſi non ſit relictum filio directe,ſed effectualiter ſit grauatus,vt in caſu quem ibi ponit.

a ALEX.¶Quod dic vt ibi.Pꝛo quo eſt caſus in l.liberto.§.... ſ̃.de an.le.ꝛ idem firmat in d.l.cum acutiſſimi, ꝛ in l.ex facto.§.ſi quis rogatus.el.j.ad Treb.adde ad hãc Pet.de anc.conſi.... xxxvĳ.and.ſic.conſi.xxviĳ.li.ĳ.ꝛ Pau.de caſt.conſ.lxxix....

b ALEX.¶Reſpon.idem.Uide Bar.in l.qui filium.§.Sab.... ad Treb.idem tenet Cy.in l.generaliter.C.de inſti.ꝛ ſubſti.ꝛ Ange.ꝛ Im.in l.ex facto.§.ſi quis rogatus.ad Treb.

c ALEX.¶Non ſit idem.Contra in d.l.generaliter.§.cum aut... per l.nam ꝛ ſi parentibus.ff.de inof.teſt.ſed Barto.verum ... ſecundum Imo.hic, ꝛ bene. per Ang. ꝛ Imo.in l.ex facto.§.ſi quis rogatus.ad Treb.

d ALEX.¶Non excluderentur.Melius loquitur hic Imo.

* CLAV.DE SEISS.¶Uide quod in foꝛtioꝛibus terminis ... cidit Roma.conſi.ccclxx.

e ALEX.¶Quero quid.Adde in ſimili no.q. poſitam per Ba... in l.ſi extraneus de con.ob.cau.In contrarium facit l.Titie ... toꝛes.de le.j.niſi reſpondeatur,quod ideo hoc eſt qꝛ conditio debet ſtricte,ꝛ ſpecifice impleri.l.qui hered.in pꝛin.ꝛ l.Meuius.ſ̃.eo.ſed tunc in contrarium facit deciſio Bal.in l.ſi.in pꝛin.C.communi.de le.in verſi.pone quod teſtatoꝛ dicit, niſi dicas quod ... loquitur in ſeparatis,in legato libꝛoꝛum medicine,ꝛ iuris ciuilis quod ſeparabile eſt.ideo inducatur de miſto, pꝛout de quolibet ſimplici de perſe,d.§.ſi vero permiſte.in auth.de non eli.ſec.nu... ꝛ no.Ange.in l.ĳ.in pꝛin.de verb.obli.

LEX CII.

**SI ita legatum.** No.caſũ de quo feci ma... feſtũ in l.i illa.ꝛ l.hoc ... de v...

de verb.obl. Querit gl. vtrum heres illius Titij incontinenti petat legatum, vel debeat expectare? Reſpond. dicit, quod debet expectare diem. Bul. contra gl. tenet opi. Ro. qꝛ fuit dies appoſita diſpoſitioni, ⁊ ideo quando apponitur diſpoſitioni, non curo quando veniat conditio, qꝛ ſemper expectatur dies: ſed quando apponitur dies cõditioni, vt, ſi nauis ex Aſia venerit intra x. ann. tunc habet locum diſtinctio facta per me in l. hoc iure. ⁊ l. in illa. ī. de verb. obl. tetigi in l. iiij. ſ. eo. ⁊ l. cum tale. §. Meuie. ſ. eo. quã diſtinctionem didici ex gl. hic ſuper verb. legatum.

LEX CIII.

a **Eum qui.** [a] Non nocet medio tempore, quem ex inſta cauſa ante exiſtentiam conditionis perdere ciuitatem, h.d. Vidiſtis in l. intercidit. ſ. e. ⁊ l. ſed ſi conditioni. §. ſolemus. ſ. de heredi. inſti. Opp. de here. inſti. l. ſi alienum. §. in extraneis. ⁊ Inſti. de here. qua. ⁊ diffe. §. in extraneis. Dicit gl. aliud in hereditate, aliud in legatis. Dicam de hoc in d. l. ſi alienum. §. in extraneis. ¶ Quero quare dicitur ante apertas tabulas. Dicit gl. qꝛ ſecundũ hec iura cedebat dies ab apertura tabularum. Hoc eſt falſum, qꝛ cedebat a die mortis olim, ſicut hodie. l. ſi poſt diem. §. j. quando di. le. ced. ⁊ l. vnic. §. j. C. de cadu. tol. loquitur de lege. Papia, que fuit poſt tempora digeſtorum ante tempora Codicis. dixi de hoc in l. ſi duobus. ſ. de leg. j. ¶ Querit gl. quid ſi legatum eſt purum, ⁊ fuit factum in diem certum non capaci? Gl. dicit, quod inſpicitur tempus cõditi teſtamenti. l. iij. §. quando autem. ī. de iure fiſ. hoc non eſt verum, vt not. in l. ſi cognatis. ſ. de reb. dub. ⁊ ſ. de reg. Cat. l. ij. ⁊ ibi plene dicam, tangit Dy. in l. mortis. ī. de dona. cau. mor.

ADDITIO.

POMA. ¶ Eum qui. Et vide Ang. ⁊ do. meum in l. ſed ⁊ ſi in conditione. §. ſolemus. ſ. de here. inſti.

LEX CIIII.

**Si fundum.** Alienatio rei legate ſub conditione, vel impoſitio ſeruitutis irritatur conditione adueniente, h.d. Querit gl. vtrum interim valeat alienatio, ⁊ ſeruitutis impoſitio? Dicit gloſſ. olim ſic, hodie non. Vide gloſſ. ſuper verbo, finietur, ibi de reſt. ⁊ ea que par. ⁊c. §. j. ⁊ dic contrarium, ⁊ ibi no. alias gloſſ. contrarias, dixi in l. ſeruo legato. §. j. ſ. de leg. j.

LEX CV.

a **Hoc genus.** [a] Conditio que poteſt impleri viuo legatario, nõ impletur preſtita cautione Mutiana. h.d. Quero, an debeamus expectare mortẽ Titij? Gl. dicit, quod ſic. Sed quare non ſic in prohibitione intelligitur de primis nuptijs, ſicut in permiſſione? gl. reſpond. multum bene, ⁊ ideo no. gl. ⁊ tene eam menti.

ADDITIO.

a Hoc genus. Adde quod per hanc l. conſuluit Old. conſi. xvi.

LEX CVI.

**Aliquando** Expreſſio eorum que tacite inſunt, nihil operatur. Item conditio tacita ex teſtamento proueniens impedit tranſmiſſionem, h.d. ¶ Op. ⁊ videtur, quod expreſſio eorum, que tacite inſunt aliquid operetur, l. ſi ita. §. illi ſi volet. ſ. de lega. j. ⁊ l. ſi ita. ſ. eo. Soluit gl. quod conditio illa non eſt tacita, imo ſtatim ibi acquiritur ſibi etiam ignorãti, licet poſſit poſtea repudiare: de qua repudiatione dic vt l. ſi quis. ſ. de condi. inſti.

LEX CVII.

**Libertis.** Dictio, hoc amplius, non ſolum eſt repetitiua legati, ſed etiam conditionis preambule. h.d.

LEX CVIII.

1 ☞ Ablatiui abſoluti faciunt conditionem, ⁊ quando fideicommiſſum. num. 3.
2 Modus, quanquam de futuro, non impedit tranſmiſſionem.
4 Fideicommiſſum tranſmittitur ad heredes, licet hereditas non adita non tranſmittatur.

**A Teſtatore** Ad heredem ius implendi conditionem non tranſit, vt fideicommiſ-
1 ſum perficiat, h.d. ⁊ eſt no. lex. † No. quod ablatiui abſo-
a luti [a] faciunt conditionem, vt hic, ibi, acceptis. ⁊c. ita gloſſ. in l. cum ab eo. ſ. de contrah. emp. licet gl. aliter hic dicat, dic vt ſtatim dicam. Secundo no. quod dixi in ſummario. Tertio no. hic a cõtra-
2 rio ſenſu, ꝙ modus, quanquam † de futuro, non impedit trãſmiſſionẽ. Videbitis tex. in l. ſi poſt diem. §. iiſdem. ī. quãdo di. leg. ced.
b Op. ⁊ videtur [b] ꝙ in dubio preſumitur modus, non conditio. l. cũ ab eo. ſ. de contrah. emp. Gl. reſpondet, quod ibi non dicit ꝙ in dubio nõ preſumatur: ſed dicit quod debet inſpici quod eſt actũ. Sed op. per dictionem vt, inducitur modus, per ſi, conditio: ſed hic non eſt ſi, ergo videt obſtare l. eas cauſas. ſ. eo. dicit gl. exponẽ vt, pro ſi: ſed certe tunc eſſet mala grammatica. Quare gl. in d. l. cũ ab eo. dicit, ꝙ aliquando inducitur cõditio per vt. ſicut eſt
c hic. Tu dic [c] ꝙ hic inducitur cõditio ex virtute ablatiuorũ poſitorum abſolute. Dic vt dixi in l. quibus diebus. §. ſi. ſ. e. Modo ve-
d nio extra gl. ⁊ hoc dimiſi dicere, ſ. e. l. j. ⁊ ſũt multũ dubia. ¶ Op. [d] nam iſta verba, acceptis numis, † inducunt fideicõmiſſum purũ,
3 l. fideicõmiſſa. §. cum eſſet. ſ. de legat. iij. ⁊ hoc indubitanter eſt verũ inter heredes, vt no. in l. in ratione. §. tametſi. ī. tit. proximo. ⁊ hic erãt coheredes. Quid dicemus? dico quod iſti ablatiui abſoluti faciũt conditionem, quando non poſſunt inducere fideicommiſſum, vel ex natura perſone cui adijcit, qꝛ nõ poteſt grauari, vel ex natura rei, arg. eius ꝙ no. in d. l. in ratione legis Falcidie morte. §. tametſi. ī. tit. j. ⁊ ita debet intelligi ꝙ dixi ſ. eo. l. j. ſed qñ referuntur ad perſonã, ⁊ ad rem in qua poteſt cadere fideicõmiſſum, inducũt fideicõmiſſum quantum ad ſe, vt hic: ⁊ eſt caſus in l. fideicommiſſa. §. cum eſſet. ſ. de leg. iij. ⁊ l. ſi ſeruus. §. qui Margaritã. ſ. de le. j. Sed quoad aliud habeat vim cõditionis, vt hic, ⁊ volo dicere ſic, Titia heres, acceptis centũ a Titio, reſtituas hereditatem Titie coheredi, illa centum ſunt in fideicommiſſo quo ad illã Titiã, ⁊ ſunt in conditione quo ad hereditatẽ, vt ſit perinde ac ſi diceret Titia det centũ, ⁊ ſi centũ dederit, hereditatẽ accipiat hic eſt caſus no. ⁊ ideo nõ poterit habere hereditatẽ, niſi illa centũ det. Dices tu ꝙ illa ſol. eſt ꝯ ea que dicta ſunt ſ. eo. l. cui fundus. qñ cõditio habet diſpoſitionẽ precedentem ius adimplendi conditionem trãſit ad heredẽ, l. diẽ. §. j. ſ. de arb. ⁊ dixi in d. l. cui fundus. ⁊ doc. in l. pe. C. eo. tit. ſed hic habet precedẽtem diſpoſitionem, ergo, ⁊c. Sol. Illud eſt verũ, qñ habet precedentem diſpoſitionẽ quo ad hoc vt damnũ euitet, vt ibi: non vt lucrũ conſequat: vt hic. Itẽ op. de l. ſi predio. in princ. ſ. de in diem addic. ⁊ fortiſico cõtrarium per hoc ꝙ dixi in d. l. cui fundus, quãdo ille, qui debet obligari ex implemento conditionis aliquid accipit, ius implendi conditionẽ tranſit ad heredẽ, vt eſt caſus in l. ij. C. de pac. inter emp. ⁊ vend. Sed hic aliquid accepit, ergo ius implẽdi conditionẽ dꝫ trãſire ad heredẽ. Sol. Illud eſt verũ in cõtractibꝰ in vltimis volũtatibus nõ procedit: vt no. ibi. Vel dic, ꝙ ille qui implet conditionẽ cõſequitur aliquid ex cauſa oneroſa, vt ibi, ſecus ſi ex cauſa lucratiua, vt hic. Op. ad vltimum no. quod dixi, ꝙ modus, quanquã de futuro, nõ impedit tranſmiſſionẽ. vt hic a contrario ſenſu: nam imo videtur ꝙ hereditas non poſſit reſtitui niſi ei, cui teſtator iuſſerit reſtitui l. ſi mulier. §. ex aſſe. de iur. dot. Rñ. non poteſt reſtitui alij ſi eſt in rem ſuam procurator, vt ibi: ſꝫ here-
4 di, qui repreſentat perſonam defuncti ſic, vt hic. Sed op. † hereditas nõ adita non tranſmittit. l. vnica. §. in nouiſſimo. C. de ca. toll. eadẽ ratione nec fideicommiſſum debet tranſmitti, cũ fideicõmiſſarius quodammodo ſit heres. l. ſi filius. § j. ꝙ cũ eo. ī. ad Treb. l. poſtulante. §. j. Gl. fatetur contrariũ, ⁊ hoc non debet exponi ſic, qꝛ ſi ſic exponeretur, eſſet male poſitũ. Et ita tenet glo. in l. cũ filio. ſ. de leg. j. Ita tenet Azo in ſum. C. de fideicõ. Contrariũ eſt veritas. ⁊ ita tenent oẽs doctor. vt patet in l. cogi. §. idem Metianus. ⁊ l. poſtulante. ad Treb. ⁊ l. apud Iulia. §. Antiſtia. eo titul. ⁊ ibi no. ⁊ probatur per hanc legem ⁊ eſt caſus in l. iij. ⁊ l. ſi in perſona. C. de fideic. ⁊ Dy. ⁊ alij Moderni hoc tenẽt in l. cũ filiofa. ſ. de le. j. Ad rationẽ quam dicit ꝙ ſicut hereditas non tranſmittit ante aditionẽ, ſic nec fideicommiſſum. Dy. reſpondet, ꝙ hereditas ante aditionem non tranſmittitur, quia heres nullum ius habet. Sed ſi decedat intra annum, qui datur ad deliberandum, intra illum annum tranſmittitur. l. cum antiquioribus. C. de iur. delibe. Sed fideicommiſſarius habet actionem ex teſtamento ⁊ ideo illa actio tranſmittitur, vt dicit Dy. hic. ⁊ ego ſcribo in l. cũ filiofa. ſ. de le. j.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Ablatiui abſoluti. Et quid in cõtractibus vide Bar. in l. ab emptione. in princ. de pac. per illum tex.

* CLAV. DE SEISS. ¶ Tribus modis in omnibus poſſunt ſignificare ablatiui abſoluti, vt not. in l. vnic. C. quando non petent. part.

b ALEX. ¶ Opp. ⁊ videtur. No. bene ꝙ in dubio verba que poſſunt ſe habere ad modum, ⁊ ad conditionem ſic debent interpretari vt conditionem importent. Bar. videtur tenere contrarium in l. cum mota. in princi. C. de tranſac. cum quo concor. Bal. in l. ⁊ ſi poſt tres. ſi quis cau.

c POMA. ¶ Tu dic. Limita p gl. in l. ij. in verſi. filio precedẽte. ff. de vul. ⁊ pup. Vide Panor. cõſi. xcij. in ij. vol. ⁊ Bar. cõſi. lj. in j. volu.

d ALEX. ¶ Opp. Adde Bal. in l. j. §. filium. ī. de contratab.

LEX CIX.

**Si inuitis** Oppo. ⁊ videtur ꝙ heredes inuiti non poſſunt reuocare, cum teneant actione in factum. l. iij. §. fi. de condi. ob cau. Sol. De rigore poſſunt, de equitate repelluntur, ſecundum glo.